



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

2. In solæmnia Sanctoru[m] festa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

MEDITATIONES  
DE FESTIS  
SANCTORVM

Toto anno secundum ordinem mensu-  
um Calendarij occurren-  
tibus,

2. Febru-  
arij.

INFESTO PURIFICATIO,  
NIS B. VIRG,

De Purificatione B. Virginis & pueri  
IESV presentatione,  
Luc, 2,

2.

**D**Etulerunt (parentes) puerum  
in templum, ut presentarent  
eum Deo, tanquam primo-  
genitum, offerentes pro eo  
consuetum munus, par tur-  
surum, aut duos pullos columbarum. Con-  
sidera pueri Iesu humilitatem semper cre-  
dere

FESTA TOTIVS ANNI. 141

scere. natus erat vt pauper, circūcisus quasi peccator, nunc offertur vt seruus quinque siclis redimendus 2. parentum paupertatē, qui quoniam agnum emere & offerre non poterant, offerunt par columbarum. Sed sine mysterio id factum non est, quia vmbra & typo præferri debuit veritas, puer enim erat verus agnus qui tollit peccata mundi, & seipsum tunc Deo offerebat pro salute nostra, paratus suo tempore pati. 3. expende quid duo pulli significant: nempe nos, qui Deo nos sæpe offerimus, debere esse simplices, omnis doli expertes, caritate magna præditos, (sunt enim columbæ sociales) & fœcundos in bonis operibus.

*Simeon veniens eadem hora in templum, accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine. Considera, quanta reuerentia puerum in medio templi à B. Virgine exceperit, quam deuotē, manantibus præ gaudio lacrymis, illum sit oscularus, & pectori suo applicuerit, quot laudes de eo dixerit, quod eo viso paratus fuerit mori. Qui enim Christum diligit, facile vitam hanc & omnia temporalia cõremnit. 2. ob quas virtutes meruerit videre & recipere, 1. quia erat*

ES  
IS  
mensi.  
IO.  
ueri  
uerum  
arent  
rimo-  
ro eo  
r tur.  
Con-  
r cre-  
dere

Sancti  
Simeon  
Propheta

erat in eo Spiritus sanctus, cui parens  
 nit in templum. secundò quia iustus id est  
 ab omni peccato liber, & omni virtu  
 ornatus, tertio, quia timoratus timore  
 liali. presentem enim quasi DEVM sen  
 per cernens timebat peccare. quartò,  
 pectans consolationem Israel, id est, ad  
 uentum Christi. Non potest enim De  
 iis deesse, à quibus auidé expectatur. H  
 virtutes & tu sequere, si quando cum fr  
 etu vis Christum non in vlnis, sed ore  
 corde recipere in S. Eucharistia.

3. *Anna (supervenientis confitebatur Domini  
 & loquebatur de illo omnibus, qui expecta  
 bant redemptionem Israel.)* Considera  
 Deum nullam habere acceptionem per  
 sonarum, sexus, ætatis, conditionis, se  
 rantum virtutis. secundò, ideo senes duos  
 hic in exemplum proponi, vt discas in  
 virtutum studio perseverandum vsque in  
 finem vitæ, quo dignus sis recipere Chri  
 stum, & in æternum retinere. tertio, vide  
 ob quas virtutes meruerit videre Christum.  
 Primò, quia annis ferè octuaginta castè  
 vixerat, Secundò, quia non discedebat  
 de templo. tertio; orabat die ac nocte,  
 Quartò, ieiuniis, aliisque pœnitentiis af  
 flige.

FESTA TOTIVS ANNI. 143

fligebar corpus suum. Quinto, omnibus laudes Christi annunciabat.

IN FESTO S, MATTHIÆ

APOSTOLI.

24. Februarij

Matth. 11.

A.

**I**ESVS dixit. Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & revelasti ea paruulis. Considera, Iesum exultasse spiritu, cum hæc verba proferret *Luce. 10.* ut refert Beatus Lucas, id est, ingenti spiritali gaudio æterno Patri, qua homo erat, egisse gratias, quod fidei christianæ mysteria, non huius seculi sapientibus qui omnia ratione & intelligentia metuntur, neque prudentibus, quinon quærunt nisi quæ sua sunt, id est, opes, honores, & voluptates carnis patefaceret, sed tantum paruulis id est, humiliter de se sentientibus, & iudicium suum Deo subiicientibus, uti erat B. Virgo, quæ licet esset mater Dei, tamen se vocabat ancillam: uti S. Matth. *1. Co. 2.* as, cæteri que apostoli, qui gloriabantur se non aliud scire, quam Iesum & hunc crucifixum, &. Considera, primariam quidem

dem huius rei causam non esse aliam, sed  
diuinam voluntatem: subiunxit enim  
Christus. *Ita pater, quoniam sic placitum  
ante te:* tamen quia illa voluntas non  
test non esse sapientissima, & rationi  
ximé congruens, potest & illa addi cau-  
quoniam homo, sicut & Lucifer ange-  
per fastum & superbiam salute excidens  
debuisset contrario antidoto humilitas  
saluti restitui.

2. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & on-  
erati estis; & ego reficiam vos.* Considera Do-  
mini bonitatem neminem omnino à gra-  
tia & salute excludentis, si paruulus in or-

1. *Tim.* lis suis & humilis esse velit. Vult enim

2. omnes homines ait B. Paulus, saluos fieri  
& ad agnitionem veritatis venire. 2. consi-  
dera, inuitari maximè eos, qui laborè su-  
stinent & difficultatè, in superandis tenta-  
tionib. dæmonis, mundi & carnis: & onerati  
sunt vel pondere grauiū scelerum, vel  
magnarum multarumq; imperfectionum  
omnes n. paratus est reficere, vel liberando  
eos à dictis laboribus & oneribus, vel cõ-  
municando gratiam, vt tribulationes for-  
titer ferant. 3. considera nos quoq; debere  
cooperari Christo, nempe venire, non  
corporeo motu, sed spiritali, vt possit  
per

per mētis conuerſionem, deſiderium Deo placandi, dolorem de peccatis, propoſitum emendandæ vitæ, & imitationem virtutum, humilitatis & manſuetudinis, nam ſubdit.

*Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus leue.* Conſidera, non ſatis eſſe; vt credamus in Chriſtum, & onere peccatorum liberi ſimus, ſed opus eſſe non tam onus, quam iugum doctrinæ Euangelicæ, & diuinorum præceptorum, ac ſi religioſus ſis, etiam conſiliorum in humeros noſtros ſuſcipere quod non graue eſt, ſed leue, non amarum, ſed ſuaue, ſicut auiculis ſuaue leueque eſt iugum alarum, quia earum ope volant: Vnde S. Ioannes diſertè dicit. *Mandata eius 1. Ioa. 5. grauiora ſunt, & rex Dauid. Quam dulcia Pf. 118. faucibus meis eloquia tua? conſidera, leuia & ſuaui reddi omnibus, qui verè Deū diligunt & in eius gratia ſunt. Amanti e- 1. Ioa. 5. nim nihil difficile. 2. qui ſpiritum ſequuntur non carnem. Spiritus enim promptus 26 eſt, caro autem infirma. 3. qui cogitant quanta merces parata ſit in cœlis. 4. qui oculos in Chriſti vitam & paſſionem con-*

K iiciunt

176 MEDITATIONES IN  
iiciunt . 5. qui cum Christo humiles sunt  
& mites corde.

25  
Martij.

IN FESTO ANNUNCIATIONIS B. V. MARIE.

Angelus nunciat B. Virg. ipsam concepturam filium. Luc. 1.

ANGELVS Gabriel B. Virginem in Nazareth salutans, diuiniq; Verbi conceptionem ei nunciatus dixit, *Aue gratia plena* & *Ecce concipies in utero & paries filium,*

Confidera Angelum B. Virginem non in publico sed domi in cubiculo reclusam, in rerum diuinarum meditatione suspensam inuenisse, vt discas, si angelica consolatione frui velis continere te domi, & orationi vacare. 2. confidera, quanto splendore angelus complevit virgineum cubile, quanta submissione & reuerentia eam salutarit dicens. *Aue gratia plena*, nec mirum quia alios sanctos tantum Deus ornarat quibusdam donis gratia, hanc autem compleuit omnibus. Si autem gratia plena erat ante Christi conceptionem, quantum gratia post conceptionem accesserit. 3. confidera, vocari plenam gratia apud Deum. vt nos ad eam tanquam patronam aduocatam, & mediatricem perfugium habe-

FESTA TOTIVS ANNI. 147

haberemus vt sicut per eam Christum habuimus, ita sciremus & cætera dona per eius intercessionem deinceps obtenturos.

MARIA turbata est hoc sermone, & cogitabat qualis esset salutatio addens. Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco? Cõsidera eã turbari, quoniã p̄prium est castarũ virginum ad p̄sentiam virorũ turbari. Deinde quia tanta laude se indignã putabat. Sancti enim & humiles, quo plus laudantur, hoc magis pudefunt. Solent enim inquirere nõ in virtutes suas, sed in defectus, vt eos emendent. Turbata est, sed non perturbata; nam cauta & prudens expendere cœpit qualis esset salutatio, antequã responderet. 2. Cõsidera zelum castitatis B. V. licet enim firmiter crederet perfici debere, quicquid Deus p̄ angelum promississet, nõ se se parituram, tamẽ modi ignara percũstabatur, quomodo cũ voto se obstrinxisset de seruanda virginitate, parere posset; nec ante mater Dei esse consensit, quã inuolantam fore virginitatẽ suam cognouit.

Cũ angelus dixit, Spiritus S. superueniet in te & Maria respondet. Ecce ancilla Domini, facta mihi secundum verbum tuũ. Considera, p̄sentem eã angelo quasi assistere S. Trinitatẽ, & expectare dilectã filie suã respõsum

sum

sum, obseruareque humilia verba ex eius ore egressura, ipsam verò post sermonem angeli positis humi genibus manibusque oculisque in cœlum sublatis humiliter cum lacrymis respōdisse. *Ecce ancilla Domini* &c. vr discas quamprimum ad diuinum seruitium vocaris, & re sedulo discula, aduertis vocationem esse à Deo non disunctari. 1. considera, B. Virgo paucis his verbis magnas virtutes nobis imitandas expressisse primo obedientiam promptam in re ardua, dum ait *Ecce*. 2. humilitatem, dum sciens se electam in Dei matrem, vocat *ancillam*. 3. charitatem ardentem & zelum pro salute aliorum, dum ait, *fiat mihi*. 4. fidem cum ait *secundum verbum tuum*, firmissimè enim credebat, promissum angeli complendum. Et vere prolatis his verbis ilico concepit in vrero Deum & hominem.

INFESTO S. PHILIPPI  
IACOBI MINORIS  
Apostolorum.

Ioann. 14

**I**ESVS dixit discipulis. *Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me creditis. Considera, hominem in fide vera, & cultu*

culu pietatis constantem nullam habere  
causam tristitiæ vel perturbationis. *Hæc  
enim est victoria, qua vincit mundum. fides* 1. Jo. 5.  
*nostra.* ait B. Ioannes. Et ideo B. Philippi,  
& S. Iacobi, alorumque Apostolorum in  
summis tribulationibus, adeo nõ sunt ani-  
mi turbati, vt etiam gauderent, quod illis  
digni facti essent. Imo S. Iacobus ex pin-  
naculo templi deiectus pro suis interfecto-  
ribus orabat.

*In domo Patris mei mansiones multe sunt* 2.  
*Si quo minus dixissem vobis. Vado parare vo-  
bis locum.* Considera Christum his ver-  
bis Apostolos, & nos animare ad multa  
pro ipso perferenda, q. d. Estote bono ani-  
mo, nihil frustra pro me patiemini, si-  
quidem tam varia in cælo parabo vobis  
præmia, quam fuerint vestra merita, quia  
ibi quisque recipiet secundum sua opera.  
Vnde teste B. Paulo, Sicut Sol claritate à 1. Cor.  
Luna & aliis stellis differt. sic & sancti dif- 15.  
ferent inter se. 2. Cõsidera, si velis ad locum  
beatitudinis ante constitutionem mundi  
imo ab æterno tibi, aliisque electis pa-  
ratum venire, necesse esse, vt illum cum  
Christo tibi præpares. Christus eum præ-  
parauit sua passione, ascensione & missio-  
ne Spiritus Sancti, tu vero similiter bonis

K 3 operi-

150 MEDITATIONES IN

operibus & passione *Christus enim passus*  
9. Pet. 2 *pro nobis, nobis relinquens exemplum.*

Confidera virtutes Apostolicas Jacob  
fratris Domini, imitatione dignas? Vinum  
& siceram ab infantia non bibit, carnibus  
& piscibus abstinuit, linthea tantum vesti-  
tus, non oleo unctus, non balneo usus, saepe  
in genua procumbens, ut callum ob-  
dlexerint ad modum cameli, ram sanctum  
ut fimbriam vestis populus conaretur at-  
tingere, ut solus intraret sancta sanctorum  
nonagenarius pro Christo lapidatus, &  
fullonis fuste enectus.

3. Maij.

INFESTO INVENTIO-  
NIS S. CRUCIS.

VIDE Meditationem in Euangelium  
I. Dominicae S. Trinitatis.

24.  
Iunij.

INFESTO S. IOANNIS.  
BAPTISTAE.

De S. Ioannis Natiuit. Luc. 1.

ELISABETH impletum est tempus pa-  
riendi, & peperit filium. Vicini autem &  
cognati congratulabantur ei. Considera nul-  
lum sanctorum esse post Christum & B. Virg.  
in quem aequè oculos cōjicere debeamus,  
ac in S. Ioannem Baptistam, cuius laus nō  
solum

IN FESTA TOTIVS ANNI. 158

folum est crebra apud S. Lucam & Euan-  
gelistas, verum etiam apud sanctitatis om-  
nis auctorem Christum; nūc illum præ-  
ferentem inconstanti populo, nunc Patri-  
bus & prophetis nunc omnium mulierum  
filiis nunc in ter angelos ponentē vt dubi-  
tare non debeas laude dignissima, quæ de  
eius virtutibus scribuntur. 2. congratulati  
sunt B. Elisabeth amici & cognati q̄ tandē  
eius voto satisfactū esset vt sterilis pareret  
filiū secundum angeli prædictionē, & qui-  
dem prædictionē tam magnificā; Dixerat  
enim eum fore magnū corā Domino, non  
coram mundo, replēdum spiritu sancto ex  
vtero vinum & siceram non bibiturum fi-  
lios Israel conuersurum, &c. vt discas gra-  
tulari proficienti in virtute, non autē pro-  
ficiēti in opibus & vanitate seculi.

Die octavo circumcisis est puer, & cum  
cognati vellet eum vocare Zachariā, mater  
& pater Zacharias ex instinctu, angeli vocari  
iussere Ioannem. Considera Ioannem fuisse  
circumcisum non quod opus haberet (erat  
enim in vtero sanctificatus) sed vt exem-  
plo Christi obsequeretur legi, nullique of-  
fendiculum præberet. Considera 2. nō esse  
illi impositum nomen paternū, sed Ioan-  
nis, id est, gratiæ Dei, quia ipse præcursor  
erat

K 4

erat

erat futurus auctoris legis & gratiæ, & d  
 gito eundem demonstraturus. *Lex enim*  
*Mat. 11* *Propheta usque ad Ioannem. 3.* illud in ci  
 cumcisione impostum vt intelligamus  
 gnum esse gratiæ Dei in nobis habitant  
 si à corde nostro omnes carnales cupidit  
 tes rescindamus. eo quod in vno corde  
 possit simul versari Christus & mundus.

3. *Et factus est timor super omnes vicinos ei  
 rum in corde dicentium, quis puer iste erit; &*  
*Zacharias repletus est Spiritu Sancto pro  
 phetans. Benedictus Deus Israel.* *Eccl.*  
 Considera populum propter miranda, qui  
 acciderunt in nariuitate B. Ioannis ment  
 sciscitari, qualis tandem futurus sit? Sed  
 angelus id aperuit, fore scilicet magnum  
 coram Deo, seueram vitam acturum, ma  
 gno zelo improbos reprehensurum, & ad  
 pœnitentiam adducturum, alios etiã per  
 tracturum ad vitam perfectam; vt scias has  
 virtutes esse imitatione dignissimas, 2. Za  
 chariam patrem S. Ioannis post linguam  
 solutam, mox erupisse in laudes Dei, vt di  
 sceremus, cum gratia aliqua spiritali vel  
 temporali donati sumus, statim nos debe  
 re suæ diuinæ maiestati ore opereque gra  
 tos exhibere: sic enim gratiam acceptam  
 conseruabimus augebimusque.

MEDI.

**C**ONSIDERA, cū Christus clarè dixe-  
rit Matthēi II. *Inter natos mulierum*  
*non surrexisset maiorem Ioanne Baptista*; ob  
quasnam virtutes tantum præconium me-  
ruerit, & inuenies præcipuè tres, humi-  
litem scilicet, vitæ senectutem, & chari-  
tatem in Deum & proximum, propter hæc  
enim tria pii etiam apud vulgus homi-  
num sanctitatis opinionem conciliare so-  
lent: Primò ergo expende in quo declara-  
uit humilitatem. Declarauit autem primò  
in eo, quod cum multi etiam Pharisei &  
Sadducei baptismi ab eo suscipiendi cau-  
sa confluerent, palam factus sit post se ven-  
tuum alium, cuius non esset dignus cor-  
rigiam calceamentorum soluere: cogitauit  
enim multi in corde suo, fortè ipsum esse  
Messiam, deinde cum Christus ipse adue-  
nisset, humiliter restitit dicens. *Ego à te de-  
beo baptizari & tu venis ad me!* 2. cum Iu-  
dæi ad eum misissent legatos, Sacerdotes  
& Leuitas, rogatum, an esset Messias; Eli-  
as, Propheta, negauit se esse: cum tamen  
sine mendacio potuisset se Eliam & Pro-  
pheram

K.

Mat 3.

Luca 3.

Ioan. 1.

K s pheram

phetam vocare. nam Christus ita eum  
cauit. Cum rerò iidem vrgerent, quis  
*Ioan. 3.* esset, respondit, se esse *vocem clamantis*  
*deserto.* qua nihil fragilius. 3. cum eius  
discipuli rursus iacarent, respondit? *Clamans*  
*sum oportet crescere me autem minus.* Qui  
*cælo venit, super omnes est. Qui de terra*  
*de terra loquitur.* Ecce ex humilitate voca  
sua dicta terrena, Christi cælestia. 4. hu  
militatem etiam vili victu & amictu, cum  
tamen nobili stirpe esset oriundus; decla  
rauit.

2. Considera vitæ austeritatem. Primò in

habitatione, quia à prima pueritia in solitu  
*Mat. 3.* tudine vixit vsque ad annum ætatis trigésimū,  
2. in victu, quia cibus eius fuit locustarum,

*Luca 1.* castæ & mel syluestre, potus aqua. Vinum  
enim & ficeram non bibit, teste angelo,  
3. in vestitu, qui fuit ex pilis camelorum,  
cum zona pellicea. Adiunge diritem lecti  
nempe terræ, continuas quasi vigiliis,  
preces, & meditationes rerum diuinarum  
noctu diuque, Vnde S. Patres eum vocant  
Principem, & Patriarcham eremitarum &  
omnium monachorum. nam egressus è solitu

*Mat. 9.* tudine discipulos, quos collegit, docuit  
ieiunare, cum tamen Christus id non exi  
geret à suis discipulis.

Con

IN FESTA TOTIVS ANNI. 355

Confidera charitatem & zelum, quod omnes hortaretur ad pœnitentiam, confessionem peccatorum baptismum & fructus pœnitentia dignos, id est, ad bona opera. 2. quod milites, publicanos, mulieres, & alios quosuis homines institueret quomodo viuere deberent. 3. quod discipulos collegerit, eos vt postea mitteret ad Christum, vt misit Andræam Apostolum. 4. quod vbiq̃ue non tam sui, quam Christi honoris rationem habuerit. & illi testimonium præbuerit. 5. quod libetè Sadducæos & Pharisæos hypocritas arguerit, & progeniem viperarum vocarit, & ignem inferni veram non agentibus pœnitentiã, minatus sit. 6. quod Herodem regem reprehenderit, & pro veritate sanguinem fuderit

Mrt. 3

Ioan. 1

Ioan. 1

IN FESTO APOSTOLORVM  
PETRI ET PAULI.

Iug.

*De remuneratione confessionis Petri.*

*Matth. 16.*

**C**HRIſTUS *quarit ex discipulis. quem dicant homines filium hominis? Respondent, alij Ioannem Baptistam, alij Eliam.*  
Cõsidera humilitatem Christi, quod dum scit Petrum confessurum se esse filium Dei

yiul.

viui, vocat se filium hominis: vt discam  
semper submissè de nobis sentire & loq  
si quam autem meremur laudem, illam  
aliis potius enunciandam, iuxta illud. *La*  
*det te alienus & non os tuum.* 2. Considera  
ideo varias fuisse opiniones de Christo  
turba hominum, quia inter se erant di  
& nullum certum caput vel Doctorem  
quebantur. Apostoli vero quia ducem  
caput habebant Petrum in opinione  
Christo consensere. vt discas si errare no  
lis, libenter subicere iudicium tuum Ec  
clesiæ, summo Pontifici, superiori.

*Prou.*  
27

2.

*Vos autem quem me dicitis esse? Respon*  
*dens Simon dixit. Tu es Christus filius Da*  
*viui. Tum Iesus. Beatus es Simon Bar*  
*na, quia caro & sanguis non reuelauit tibi.*  
Considera, quod Dominus in quæstione  
posita discrimen faciat inter homines, &  
discipulos, quasi non homines essent, in  
quit Hierouimus, sed Dii quidam, vt o  
stendat, honorificè loquendum de mini  
stris Ecclesiæ, deinde plura exigi ab his, &  
religiosis qui maiora dona à Deo accepe  
runt quam à plebeis, iuxta illud. *Cui mul*  
*tum datum est, multum quæretur ab eo.*  
2. considera, dum Christus laudans Petru  
ob professionem fidei, vocat beatum simul

*Luca*  
12.



occasionem præbere non efferendi se quia  
 addit: non carnem & sanguinem, sed Pa-  
 trem caelestem id ei. reuelasse: vt discas  
 moderate semper cum opus est, homines  
 laudare, ne locus sit vanæ gloriæ.

Ego dico tibi. quia tu es Petrus, & super  
 hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, Et  
 dabo tibi claves regni caelorum. Et. Consi-  
 dera Christum hîc Simonis nomen muta-  
 re in Petri, & cum nomine nouo facere  
 prius petram, ac deinde fundare super eum  
 Ecclesiam, vt vtrâque re moneretur con-  
 stantia in confessione fidei facta tuenda  
 & cætuandâ, ac vt sine trepidatione pri-  
 uatum, licet rem arduam in se susciperet  
 sciens; nec inferni portas contra petram  
 præualituras. Quo discas cum arduum ali-  
 quod officium tibi a superiore imponitur,  
 non defutura præsidia dininitus, quibus  
 illud sustineas cum fructu. 2. Consideres,  
 summum Christi amorem in nos & Eccle-  
 siam, quod Apostolis, eorumq; duci & ca-  
 piti imprimis, tam admirandam reliquerit  
 potestatem in terris, vt scilicet in potestate  
 eorum esset aperire & claudere caelum, ac  
 quod proprium est Dei solius, remittere &  
 ligare peccata. Et, quod amplius est, ean-  
 dem potestatem ratam esse voluerit etiam  
 in sim-

3.

Sancti  
 Petri  
 et Pauli

in simplicissimis sacerdotibus, licet in  
 Quid hoc cogitari potest mirabilius.

MEDITATIO II.

De S, Petri vita,

**C**ONSIDERA, cum Sanct. Petrus p  
 ceptus Apostolorum fuerit, cur à Chr  
 sto illi principatus fuerit delatus, nec dubi  
 um, quin ob eximias virtutes, quas de ph  
 des in primis tres, fidem humilitatem & c  
 dentē charitatē, fidem ostendit. *Mat. 10*  
 tem in eo quod Christo rogante discipu  
 los, quid de se sentirēt, ipse solus mox d  
 rit: *Tu es Christus filius Dei viui.* ob qua  
 professionem ei promissum est, quod ca  
 put Ecclesiae esset futurus Deinde Christo  
 ambulante super aquas & ipse insiliit  
 aquas fidens potentiae Christi, & super eas  
 ambulauit. In quem locum scribens Hier  
 onimus, In omnibus locis, inquit, arden  
 tissimae fidei inuenitur Petrus. A hac ci  
 tota nocte laborans nihil cepit piscari  
 In Verbo tuo, inquit ad Iesum, *laxabo rete*  
 & tot capti sunt vt ruptum sit rete Post re  
 surrectionem verò, cum eo stante in hiero  
*Joan. 21.* re, Ioannes diceret. *Domine es,* Petrus tu  
 mica succinctus abiecit se in mare.

Conf.

Considera eius humilitatem. Nam apud  
 Lucam conspecto miraculo capturae pi-  
 scium, in genua procidens se Christi pre-  
 sentia indignum censuit, & dixit: *Exi a me  
 quia homo peccator sum.* In lotionem etiam  
 pedum horrore concussus: *Domine, inquit  
 tu mihi lauas pedes?* Post ascensionem Chri-  
 sti scilicet iam pastor summus, & passus est  
 se mitti ab aliis apostolis in Samariam, &  
 apud Simonem coriarium hospitatus est,  
 & palam à B. Paulo reprehendi sustinuit,  
 memor scilicet dicti Christi. *Qui major est  
 in vobis, fiat sicut junior, & qui praecessor est,  
 sicut ministrator.* Denique crucifigendus  
 ex humilitate capite in terram verso peti-  
 it affigi, ne aequaretur Christo.

21  
 Luc. 5.  
 Ioan. 13.  
 Act. 1.  
 4 & 9.  
 Gal. 2.  
 Luc. 22

Considera, summum eius amorem in  
 CHRISTVM & zelum, nam Ioan. 2. cum  
 CHRISTVS tertio ab eo rogasset. *Dili-  
 gis me plus his?* respondit, *Domine tu scis,  
 quia amo te.* Declarat autem sepius, ut  
 cum relictis retibus secutus esset CHRIS-  
 TVM: 2. cum CHRISTO narrante se  
 occidendum, eum increpavit, & dixit *Ab-  
 sis a te Domine, non erit tibi hoc.* 3. cum  
 nocte qua captus est CHRISTVS, dixit  
*Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego  
 non scandalizabor in te.* cum pro defen-  
 sione

Matth  
 Luc. 9.  
 Matth  
 16.  
 Matth  
 18.

ad car-  
 nes  
 dicitur

stione Christi Malcho resecuit aurem. et  
 caprum vsque in atrium principis Sacra-  
 tum secutus est, cum post negatum Ch-  
 stum fleuit amarè. Clemens Romanus  
 bit eum quoties gallum cantantem au-  
 ret in genua procidisse, & fleuisse. 4. c.  
 Christo dicente, *non habebis partem*  
 10. 13. *cum,* si non lauero pedes tuos, obtulit  
 manus & caput. 5. cum expiscatus est  
 Ioanne, quis traditurus esset Christum  
 Nam si sciuisset, ait Chrysof. dentibus  
 11. 2. *cerpsisset.* 6. cum ex zelo post acceptum  
 4. 5. Spiritum Sanct. primus prædicauit Ch-  
 stum, & initio 3 millia post 5 millia con-  
 uertit, Ananiam & Sapphiram, quia per-  
 missa non seruarant, extinxit, claudum  
 nauit, Cornelium gentilem baptizauit  
 tota domo. 7. cum passus est pro Christo  
 10. 15. *Maiorem enim charitatem nemo habet, quam  
 qui animam dat pro amicis suis.*

MEDITATIO III.

De S. Paulo Apostolo.

2. **C**ONSIDERA, quænam præcipuè vi-  
 tutes eminuerint in Sancto Paulo Apo-  
 stolo quod post B. Petrum tanti fiat in Ec-  
 clesia & inuenies ternas maximè eminuisse  
 Humilitatem

FESTA TOTIVS ANNI. 161

Humilitatem Amorem erga salutem pro-  
 ximi, & desiderium ardens patiendi pro  
 Christo cum fortitudine sigulari coniun-  
 ctum. Humilitatem ostendit statim in cō-  
 uersione sua, cum de cœlo vocatus, dixit, *Act. 9.*  
*Domine quid me vis facere, diuinæ volun-*  
*tatis subiiciens, & Ananiæ institutioni.*  
 2. cum ad Corinthios scripsit. *Non iudi-* *1. Cor. 2.*  
*cavi me scire aliquid, nisi IESVM, & hunc*  
*crucifixum. Et: nouissime omnium Christus* *1. Co. 15*  
*tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim*  
*sum minus Apostolorum, qui non sum dignus*  
*vocari Apostolus. Gratia autem Dei sum, id*  
*quod sum. Et, Nihil minus fui ab ijs, qui su-* *2. Cor.*  
*pra modum sunt Apostoli, et si nihil sum.* *12.*  
 Et ad Timotheum. *Iesus venit in hunc mundum* *1. Ti. 1.*  
*peccatores saluos facere, quorum primus ego*  
*sum. 3. cum vocat se seruum & unctum Iesu*  
*Christi. 4. cum, licet à Deo doctus, post* *Eph. 3.*  
 annos aliquot prædicationis venit Hiero-  
 solymā ad Apostolos, vt cōferret cum illis  
 Euangelium, ne forte in vanum curreret,  
 Considera flagrantem amorem erga sa-  
 lutem proximi, quem ostendit ita scribens  
 Romanis. *Veritatem dico in Christo. Opta-* *Rom. 8.*  
*bam ego ipse anathema esse à Christo pro fra-*  
*tribus meis. Et ad Corinthios. Cum liber es-* *1. Co. 9.*  
*sem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt*  
 L plures

- plures lucrificarem: omnibus omnia factum sum, ut omnes facerem saluos. Et. Ego libentissime impendam, & superimpediar ipse animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligar: Vnde cum nullam mercedem ab illis ob prædicationem recipere vellet sed propriis manibus nocte laboraret, inscripsit. *Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet.* Deinde in carcere scribit Philemoni pro Onesimo seruo furace, ut eum recipiat in gratiam. *Tu, inquit, illum ut mea viscera suscipias.*
3. Considera amorem eius in Christum ardens desiderium pro eo patiendi, quod clarat, ita scribens Romanis. *Quis nos separabit à caritate Christi. Certus sum quia mors, neque vita, neque angeli, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate, quæ est in Christo Iesu.* Et Galatis. *Non absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Christo confixus sum crucis.*
- Gal. 2. Et Corinthiis. *Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Ter virgatus sum, semel lapidatus sum, ter naufragatus sum,*

gium feci. Et tandem pro Christo passus est.

2. Jun.

IN FESTO VISITATIONIS B. V. MARIE.

De Maria cognatam suam visitante. Luc. 1.

**E**XVIRGENS Maria, abiit in montana cum festinatione, & intravit in domum Zachariae, & salutavit Elisabeth. Considera autem dentem B. Virg. caritatem, postquam Christum in utero concepit, quod cum sola inter domunculam suam secretum vivere consueisset, nunc eam nec aetas tenella, nec virginalis verecundia, nec montium asperitas retardarit, quo minus inuiseret cognatam Elisabetham. 2. profundam humilitatem, quod cum esset facta mater Dei, ac ideo dignissima quae visitaretur, non verita est se demittere, inster ancillam, ad visitandam Elisabetham longe se inferiorem. 3. diligentiam in itinere perficiendo, & feruorem, qui cum magna festinatione & pedes in comitatu aliquot pauperum virginum, imo angelorum multorum, cum summa modestia & alacritate per aspera montium cucurrit. Nescit enim tarda malimina, ait S. Ambrosius, Spiritus Sancti gratia.

*Audiuit Maria salutationem Elisabeth*

L. 2

exul-

exultauit infans in utero eius, & replata spiritu sancto, exclamauit. *Benedicta tu in mulieres. Vnde hoc mihi, ut mater Domini veniat ad me?* Considera quam beati sunt qui visitantur à Maria, nam eius presentia & S. Ioannes in utero existens repletus est Spiritu sancto, & ipsa Elisabeth ac Ioannes quidem rationis vsu diuinitus in eo accelerato, præ gaudio exultauit, tentans ex utero egredi, vt Christum cum matre videret. 2. Considera, quomodo S. Elisabeth ruat in amplexus B. Virg. dicens. *Benedicta sis arbor, benedictus & fructus ex te arboris productus.* Vnde ego merui, vt tu Dei mater venires ad me, cum ego potius utpote serua & ancilla tua debebam venire ad te. Sed humilitas tua voluit præuenire me, sicut postea est præuenturus filius tuus, filium meum, cum petet ab eo baptizari. 3. Considera, si Elisabeth ob aduentum B. Virg. exclamat. Vnde hoc mihi quid nos dicere debeamus, qui sumus pleni peccatis, cum toties domum animarum nostrarum ingreditur filius Dei in S. Eucharistia.

3. *Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominum, & mansit cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.*

Confido

FESTA TOTIVS ANNI. 168

Confidera quanto hoc laudum præconio  
 Maria rubore suffusa fuerit, quomodo se  
 contra deiecerit, & cum ignem cordi in-  
 clusum amplius coercere non posset, ocu-  
 lis in coelam sublatis, gloriam omnem in  
 Deum transtulerit, dicens. *Magnificat ani-  
 ma mea Dominum*, à quo omnia bona sunt  
 mihi hætenus collata. Infantulus quoq;  
 Ioannes ob meam præsentiam exultat, ac  
 spiritus meus exultat in Deo salutari meo.  
 Considera, quantis lætitiis incesserint  
 duæ illæ beatæ matres, quibus laudibus,  
 qua gratiarum actione Deum pro suæ cõ-  
 ceptionis beneficio sint prosecutæ, quan-  
 ta caritate & studio B. Virgo omnia serui-  
 lia ancillarum officia per totos tres mer-  
 ses ibi exhibuerit, quomodo se mutuo hi-  
 militate & caritate præuenerint, ac der-  
 que, quanta cum consolatione B. Vir-  
 tandem domum, vt concursum homin-  
 in natiuitate Ioannis futurum fugerit,  
 uenerit. O anima mea, vtinam comitari  
 potuisses Mariam per illos montes,  
 nam licuisset videre suaues illos factarum  
 matrum amplexus, inaudire mutua salu-  
 tationis officiosæ verba, non dubito quin  
 cum sacra virgine accinuisses sacrum can-  
 ticum, *Magnificat*. Nunc autem, quia cor-

L

3219

pore non potes, spiritu saltem te miltantis gaudiis, abiice te ad pedes nunc huius, nunc illius, & in utero B. Mariæ ad ora sponsum: in utero vero B. Elisabethæ sponsum amicum.

22. Jul. IN FESTO M. MAGDALENÆ  
De conuersione eius. Luc. 7.

**I.** CHRISTO inuitato & accumbente in Pharisei domo, ingressa est mulier, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, deferens alabastrinum vas unguento plenum. Considera bonum IESVM ex summa benignitate, & ardenti animas iuuandi zelo nunc inuitatum adire conuiuia, nunc se vltro inuitatum uti fecit bono Zachæo, nec aliam occasionem, quam ad conuertendos peccatores. Et quamuis Pharisei criminati illum essent, quod pranderet cum peccatoribus, nunc tamen & Phariseum adire ut eius redargueret superbiam. 2. considera discumbente IESV Mariam Magdalenam peccatricem omni abiecto pudore irruere in locum conuiuii, omnia gemitibus complere & iucunda turbare colloquia, quod graue quidem fuit Phariseo, sed non Christo: ferebat enim in vase sui cordis unguentum odoris

odoriferum humilitatis & contritionis, valde Deo gratū, quia cor cōtritum & hu- *Ps. 51.*  
miliatum, ait David, Deus non despicias.

*Stans vero, coepit pedes eius rigare lacry- 2.*  
*mis, & capillis suis abstergere, deosculari, &*  
*ungere.* Considera eius humilitatem retro  
stantis, quia non audebat se in cōspectum  
Christi dare, sed nec mutire, quia crebri  
singultus vocem intercludebant. Silenti-  
um certè non ad cœlum solū pertingens,  
sed & cor Dei penetrans. 2. nota, quomodo  
tacta dolore cordis distracto capitis orna-  
tu ruat ad pedes licet ex via sordibus, quā-  
to imbre lacrymarum perfundat, quam  
extergat capillis sedulo, quoties oscula  
cum suspiriis imprimat, quanta copia vn-  
guenti tingat. 3. considera, quam patienter  
Christus toleret omnia, quanta cum  
voluptate aspiciat, quam efficaciter radiis  
sue gratiæ illustret eius animam, & lauet,  
quantum conuiuiarum silentium, quam  
angeli gaudeant ibi præsentem, super pec-  
catrice pœnitentiam agente.

*Criminatā eam à Phariseo defendit Chri- 3.*  
*stus, & ait ad ipsum. Remittuntur ei peccata*  
*multa, quia dilexit multum. Et ad ipsam.*  
*(Fides tua te saluam fecit, vade in pace.)*  
Considera bonitatem IESV, quod cum

L 4 Phari-

168 MEDITATIONES IN  
Pharisæus iniuriam fecerit, & Christo, in  
dicans eum non esse prophetam, & mulie  
ri, vocans peccatricem, Christus neglecta  
sua iniuria, patrociniū suscipiat fama  
mulieris. concipitque eum, se plus à mu  
liere ob officia amoris præstita diligi. quā  
ab ipso, qui nec caput suum unxisset, quod  
tamen hospitibus fieri non solebat. 2. Con  
gita quantam lætitiā pacem & tranqui  
litate[m] animi senserit Magdalena, auditis  
verbis Christi. *Remittuntur tibi peccata  
tua, & fides te saluam fecit.* Tanta enim  
consolatione cor eius colliquefcere cepit  
vt statim se è conspectu Christi proripue  
rit. 3. Considera in hoc conuiuio tria fu  
isse conuiuia. Primò Pharisæus pauit Chri  
stum, vt discas & tu eum pascere sanctis  
desideriis & piis operibus. Secundò, Ma  
gdalena pauit eundem corde contrito, vt  
tu quoque dicas. *Cor mundum crea in me  
Deus.* Tertio, Christus pauit Magdalenam  
pane gratiæ & amoris diuini, vt deinceps  
sorderent illi mundi illecebræ: quo  
& tu quoque talem panem de  
caelo postules.

IN FL

*De petitione matris filiorum Zebedai.**Matt. 20.*

**M**ATER filiorum Zebedai, cum à Christo petisset, ut unus filiorum ad dexteram eius alter ad sinistram sederet, Respondit. *Nescitis quid petatis.* Considera cecitatem discipulorum Christi, qui cum omnibus relictis illi adhæsisent, & eo ipso puncto temporis de passione sua loquentem audissent, iam per matrem petitionem proponunt ambitionis & proprii amoris plenam: ut scias ne in religionis quidem statu te à talibus cogitationibus & tentationibus fore securum, si carnem & sanguinem consulas & non alios spiritu Christi præditos. 2. Considera quam benignè & sapienter Christus eis respondeat. *Nescitis.* benignè, quia texit turpem lapsum pallio ignorantia, verè, quia pompam externam tantum temporalis regni præ oculis habebant & non advertebant, quot curæ, pericula & labores sub eo delitescerent: deinde quia eorum petitio cum Christi doctrina & exemplis è diametro pugnabat. Verè nescit quid petat qui extra Deum aliquid

L s quæ

quærit, quia deserto fonte claro accedit turbidos riuulos, relictis æternis que fluxa. Deum amate, illique per observationem mandatorum & consiliorum uiuere, verè regnare est.

2. Christo rogante, possentne secum calice bibere, Respondere. Possimus. Tum Christus Bibetis quidem, sed sessionem petisam non est meum, sed Patris. Et audientes eam, indignati sunt. Considera, quanta vis affectuum humanorum, ut quando offert spes alicuius dignitatis, non expectant virium imbecillitate, contemptis omnibus impendentibus periculis, ad eam homo adspiret, & dicat, possum, cum non possit, 2. Considera quam prudenter, ne casam in ceteris daret aliis discipulis, petitionem eorum, nec prober, nec renuat, sed respondit, ut sperare potuerint se sessionem illa non temporali, sed spiritali poturos, 3. considera, ideo reliquos decernit indignatos, quia utique res odiosa est, ut anteponi & imperare aliis, indeque dignitius esse varfari in loco humili, in quo nullus est inuidiæ locus.

3. Dixit Christus discipulis. Principes gentium dominantur eorum. Qui autem inter uos uult fieri major, sit uester minister: sicut filius hominis

FES

hominis

et dare

eorum.

rioris,

non ta

ditis,

prio: ac

mittun

pro fal

fustine

tota vi

anima

inueni

imiter

sidera

sti, qu

dignit

magna

IN

I

I s v

men

ipsum

multa

nom

Chri

hominis

FESTA TOTIVS ANNI. 171

hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam. Considera, munus eorum, qui ad dignitatem praelati, & superioris, vel magistri vocati sunt, esse, ut ipsi non tam dominantur, quam seruiant subditis, eorum bonum anteponendo proprio: ac ideo maiores esse, quo plus se submittunt, & maiores labores & afflictiones pro salute subditorum usque ad mortem sustinent. 2. considera quomodo Christus tota vita sua ministerii, & se demiserit, ac animam suam posuerit pro tua salute, & inuenies exemplar perfectissimum, quod imiteris, si velis esse eius discipulus 3. considera, quam longè discedant à spiritu Christi, qui non alia de causa ad Prælaturas & dignitates aspirant, nisi ut aliis imperent, magnas opes congerant, & lautè viuant.

IN FESTO S. LAURENTII  
MARTYRIS.

10. Augusti

De grano frumenti, Ioan. 12.

1.

**I**ESVS dixit discipulis. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Considera, licet nomine huius grani primario designetur Christus, granum purgatissimum ab omni peccato

cati palea, quod mortuum in terra crucis  
salutis æternæ fructum peperit; secundum  
tamen designari ab Ecclesia mystica  
eius membrum S. Laurentium, qui sic  
granum, concussione flagelli persecutio-  
nis, purgatus est ab omnibus terrenis afflic-  
tionibus; ut discas non spernere tribula-  
ones, quia purgant sæpe nos à multis  
peccatis. 2. Considera, mortuum fuisse  
terra, tum quia carnem suam in hac  
prorsus spiritui subdidit, & mortificavit  
contemptis omnibus mundi delitiis, tum  
quia constanter per atrocissima licet tor-  
menta, pro Christo mortem oppetiit. 3. me-  
tum fructum attulisse, tum quia sua pu-  
sione maximam gloriam in cælo & in ter-  
ra obtinuit, tum quia suo exemplo & con-  
stantia plurimos ad Christi fidem conuer-  
sit, & ut similia paterentur, autor fuit.

2. *Qui amat animam suam, perdet eam, qui  
verò odit in vitam æternam, custodit eam.*  
Considera eum amare animam, qui amat  
huius mundi commoda, opes honores, vo-  
luptates præ Christo: odisse autem, qui  
contemnit, ut fecit S. Laurentius, qui de-  
sertis omnibus opibus, deserta Hispania li-  
cet iuuenis seruiuit Xisto Papæ Romæ  
Xisto ad supplicium raptò, exclamavit

Quo pr  
dit. M  
duum j  
faculta  
Christi  
bus in  
multos  
affixus  
tū est sa  
erat ig  
quā qu  
perari

Si q  
vbi su  
quis m  
Pater  
Christi  
quam  
eius vi  
lo obi  
ribus  
Spirita  
bi fieri  
fieri: qu  
stum v  
sequin  
est S.L.  
ker, v

Quo progrederis sine filio pater, cui respon-  
dit. *Maiora tibi debentur certamina.* Post tri-  
duum sacerdotem sequeris *Leuita. 3.* omnes  
facultates Ecclesie distribuit in pauperes,  
Christianis ante passionem suam latentibus  
in cryptis pedes abluit, cæcum sanauit  
multos cõuertit & baptizauit, craticulæ  
affixus tortores irrisit, tyranno dixit: *Assa-  
tū est satis, versa & manduca,* quia segnior  
erat ignis, inquit B. Leo, qui foris vsit,  
quã qui intus accedit. Flâmis corporeis su-  
perati caritatis Christi flamma nõ potuit.

Si quis mihi ministrat; me sequatur: & 3.  
ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si  
quis mihi ministrauerit, honorificabit eum  
Pater meus. Considera, illum ministrare  
Christo, qui eius mandatis & monitis tan-  
quam obediens famulus obedit. 2. qui  
eius vices si sacerdos vel superior fit, sedu-  
lo obit. 3. qui pauperibus & afflictis, ope-  
ribus misericordie, vel corporalibus vel  
spiritualibus subuenit. Testatus est enim si-  
bi fieri, quod vel minimo in eius nomine  
fiet: quæ si nos quoq; faciamus, verè Chri-  
stum velut ducem & magistrum nostrum  
sequimur. Perfectissimè autem sequutus  
est S. Laurentius, qui tam fidelis fuit mini-  
ster, vt etiam sanguinem pro eo profude-  
rit &

rit, & exemplum eius in passione secuti  
 fit. 2. considera, quantum præmium  
 cælo S. Laurentio & omnibus qui alio  
 pro Christo patiuntur, aut Christi me-  
 bris per caritatem serio ministrant, pa-  
 tum sit, quantus honor & gloria sine  
 bio maior quam mens nostra excogita-  
 queat.

11.  
 Aug.

IN FESTO ASSUMPTIO-  
 NIS B. V. MARIE.

De Christo recepto in domum  
 Martha. Luc. 10.

**M**ARTHA excepit Christum in domum  
 suam, cuius soror Maria sedens  
 pedes Domini, audiebat verbum illius. Co-  
 sidera, Mariæ Magdalenæ non tribuitur  
 m, quia qui contemplatiuæ vitæ se-  
 dicant in religione, debent aspernari  
 omnes huius mundi possessiones & cura  
 solique Christo adhærere. 2. Christum  
 eam recipi domum, vbi Maria conu-  
 est Martha, vt significetur pfectiorem  
 tamen eos profiteri, qui non solum vitam  
 templatiuam in meditando orando  
 sequuntur, sed etiam actiuam iuuando  
 ximum anima vel corpore, concionibus  
 lectio

FESTA TOTIVS ANNI. 173

lectionibus confessionibus, visitatione infirmorum & victorum . 3. considera, quod quis humilior est, & ad Christi pedes se abicit libentius, hoc magis cœlestis doctrine eius reddi capacem.

*Martha conquerenti, se solam in ministerio relinqui, dixit Dominus. Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.* Considera Martha ministerium & sollicitudinem, licet duplici nomine sancta fuerit, tum quia erat virtutis caritatis & hospitalitatis, tum quia erat sollicitudo de ipso sancto sanctorum pascendo, tamen reprehensiuicula non caruisse, quia nimia erat, & mentem inquietam reddebat; ut discas, si secularis sis, ita rei domesticæ curandæ inuigilare, ne turbes mentem, & negligas officia pietatis: si vero religiosus, ita circa perfectum in literis sollicitus sis, vel aliam rem, ut ne tuam salutem negligas. 2. Considera, Martha spiritalem aliquam invidentiam obrepisse, quasi molestè ferret sororem solam divino Christi frui colloquio, vel etiam sinistram iudiciū, quasi onosa esset, praestaretque eam secum laborare, quā Christū molestare: ut discant omnes peccatis studiosi verumque virtutum canere: facile enim solent peccare seculares.

vt puz

vt putent clericos & monachos esse hon-  
nes otiosos. Et religiosi, qui laborant  
proximis iuuandis, vt putent contemp-  
tiosos, quales sunt eremitæ Benedictini  
Carthusiani, parum esse Ecclesiæ utiles.

3. Porro vnum est necessarium. Maria

nam partem elegit, qua non auferetur a-

Considera vnum simpliciter nobis om-  
bus esse necessarium, vt primum qua-  
mus regnum Dei, id est, salutem ani-  
mæ nostræ, vt quæsiuit Magdalena; cetera  
nim omnia non absolute, sed secun-  
dum quod sunt necessaria, vt victus, amicitia,  
eruditio, &c. quatenus promouent ad

Matt. salutem. Quid enim prodest homini, ait Ch-

16. stus, si vniuersum mundum lucretur, ani-  
ma vero sua detrimentum patiatur? 2. Consi-

dera, bonam quidem partem cum Ma-  
ria eligere seculares, qui ita domesticas  
curant, vt Christo seruire suo tempore  
negligant; Clericis autem meliorem, quæ  
sua cura præcipua est diuina peragere  
officia: Religiosos optimam, qui omni  
curarum temporalium abiecta diuinis pro-  
curant, & contemplationibus pro sua alio-

rumque salute promouen-  
da, vacant.

MEDI

FESTA TOTIVS ANNI 177  
MEDITATIO II.

De dormitione & assumptione B.  
Virginis.

CONsidera quanto gaudio B. Virg. ex-  
ultarit cognita hora dormitionis: vi-  
xerat enim in terra, velut in longo exilio.  
2. quomodo, ante mortem miraculosè A-  
postoli adfuerint, quanto honore eam af-  
fecerint, quam ardentès preces cum ea fu-  
derint, quantum vtrinq; ex mutuo conspe-  
ctu gaudium exortum. 3. quanta pace &  
vultus serenitate inter angelicos concen-  
tus & Apostolorum gemitus anima evola-  
rit quanta cum gloria filii sui brachiis in-  
foribus cœli excepta. & ad thronum Patris  
cœlestis delata.

Considera, quanta cum gloria & splen-  
dore, iussu Patris cœlestis comitâtibus an-  
gelis, paulo post de cœlo delapsa sit, vt o-  
mnium laborum socium, corpus suum as-  
sumeret. 2. cogita quantus mox B. Virginis  
splendor, venustas, gloria apparuerit: si e-  
nim alii iusti splendebunt sicut Sol, quan-  
tū splendebit omnium iustorum Princeps  
mater Dei, quæ nullo vnquam peccato a-  
nimam obscuravit. 3: perpende, quam mi-  
rabili angelorum aliorumque sanctorum

M

comi-

comitatu in cœlum euecta sit, qui con-  
tus angelorum, quę laudes animarum  
ctarum, quam gloriosus in cœlum ing-  
sus fuerit.

39

Confidera, quantum gaudium fuerit  
Christo videre & complecti carissimam  
matrem, quam amanter manu apprehen-  
sam in lucem cœli inaccessam intro-  
dit, quomodo supra omnes thronos an-  
gelorum & sanctorum euexerit, & factis  
Trinitati præsentarit, 2. Quomodo be-  
gnè recipiat eam Pater cœlestis vt Filius  
Filius vt matrem, Spiritus S. vt sponsus  
quomodo in splendidissima sede ad dex-  
tram filii eam omnes tres collocent, & pre-  
tiosissimam coronam 12 stellis, quasi ma-  
garitis fulgentem eius capiti iudem tra-  
mul imponant, tota cœlesti curia factis  
acclamationibus, hymnisque suauissimis  
applaudente.

24. Au-  
gusti.IN FESTO S. BARTHO-  
LOMÆI.

De oratione Christi in monte.

Luc. 6.

2. CHRISTVS exiit in montem orare, &  
erat pernoctans in oratione Dei. Et die factis

*elegit ex discipulis duodecim quos & Apostolos denominavit. Considera admirabilem devotionem. & profundam reuerentiã, quã cum multis lacrymis, nunc genibus flexis nunc pronus Deo Patri pro nostra salute & Apostolis eligendis supplicarit. vt discas multò magis tibi pro eadem salute tua esse feruenter supplicandũ, nec magnũ aliquod opus aggrediendũ, nisi rē Deo prius cõmendaris, & maxime si quis tua opera in Prælaturũ & ministrũ Ecclesiæ, vbi respectus humani facile hominem fallunt, sit eligendus. 2. Considera 12 electos à Christo vocatos Apostolos i. nuncios, quæ vox est humilitatis & obedientiæ, vt velut Dei Legati humiliter & promptè quæ à Christo didicissent, annunciarent.*

*Cum autem de monte descendisset, multos sanauit à languoribus suis, & qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et quarebat turba eum tangere, quia virtus de illo exibat. Cõsidera, Christum post electos Apostolos statim descendisse de monte, vt discas ea, quæ in monte contemplationis & rerum diuinarum meditatione in cubiculo didicisti, & facere proposuisti in opus conuerrere. 2. vt operam tuam strenuè communices omnibus, qui morbo aliquo*

M 2 corpo

corporali spirituali uè laborât, ac piis  
ribus ratione q; uiuendi tota tam bono  
exemplum præbeas, ut tua consuetudo  
oblectentur, & intelligant virtutem  
exire, id est, sibi tuam doctrinam & con-  
solationem ad salutem animæ prodesse

3. **Confidera S. Bartholomæum** discipulum  
maximè virtutibus nunc commemoratis  
excelluisse. nam primò centies inter  
centies noctu scribitur flexis genibus  
orare solitum. Deinde in citeriore  
Lycaonia & Armenia Euangelium  
dicauit, & virtutes suas omnibus, &  
sanguinem pro Christo profunderet,  
bavit.

IN FESTO NATIUITATIS  
B. V. MARIÆ.

De Genealogia Christi. Matth. 1.

1. **LIBER** Generationis Iesu Christi filij  
Iudæ, filij Abraham, Abraham genit  
ac Isaac genuit Iacob. Confidera quam  
erit B. Virg. nobilitas, maiores enim  
fuerunt, & splendore generis inde à Pa-  
trarcha Abraham, & veræ sapientiæ ac re-  
uerentiæ opinione, & sanctitate ac virtutis  
constantia in toto mundo illustrissimi, C

bus Deus visibiliter legem dedit, & familiariter locutus est, & in omnibus rebus semper auxilio fuit. 2. considera B. Virginē suis virtutibus progenitoribus maiorem conciliasse splendorem, quam ab illis acceperit, vnde sicut prætiosa gemma annulo aureo inserta, auget eius splendorem, sic naturæ gratiæque dotes totam eius stirpē elatiorem reddiderunt.

*Iacob genuit Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* considera Euangelistam post tot Patriarchas, Prophetas, & Reges nominatos ( vt indicaret omnium virrutiū & perfectionū summam ) nominasse Mariam Virginem Dei matrem, qua nihil sublimius dici potuit. Quid enim sanctius illa esse potuit vel debuit, ex qua prodiit Sanctus sanctorum Iesus, conditor & saluator mundi? 2. considera eam non solum esse natam matrem Iesu, sed etiam nostram: nam postquam Iesus ex illa natus, nascendo fuit factus noster frater, illa pariter facta est nostra mater, mater inquam gratiæ, quia nobis per filium suum esse spirituale gratiæ comparavit. mater misericordiæ, quia materno pietatis affectu conatur nobis in omnibus auxiliari, & maxime in hora mortis adesse.

M ; CON-

1. Considera quantam letitiam eius ortu  
 attulerit toti mundo. Et primo angelis  
 vident natam illam quæ eorum ruinas  
 restauratura. 2. hominibus tunc limbi  
 ceri inclusis, dum intelligant aliquam  
 finem fore suæ captiuitatis. 3. eius partu  
 tibus Ioachim & Annæ, quod filium ex  
 discent, quæ futura erat mater Dei. 4. omni  
 bus peccatoribus, non solum quia ipsa pe  
 ma fuit quæ nasceretur immunis ab omni  
 peccato etiam originali, sed quia patro  
 & aduocata futura erat omnium peccato  
 rum. 5. toti Ecclesiæ sanctæ, quia sponsa  
 eius parens nata est, regina mundi, fem  
 stra cœli, porta paradyssi, scala ad cœlum  
 pertingens stella matutina: stella illa, de  
 qua dixit Propheta. *Orietur stella ex Iacob*

*Num.* Exultemus ergo & dicamus cum Ecclesiæ  
 24. **NATIVITAS tua Dei genetrix Virgo gaudio**  
*annunciauit uniuerso mundo, ex te enim*  
*natus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, qui*  
*soluens maledictionem & confundens*  
*mortem, donauit nobis vitam*  
*sempiternam.*

FESTA TOTIVS ANNI. 183

IN EXALTAT. S. CRVCIS. 14. Septemb.

De crucifixione Christi. Ioan. 12.

**D**ixit Iesus turbis. Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcitur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Considera summam sapientiam & potentiam Dei, quod ea re, qua nihil erat contemptius & infirmius in mundo, nempe patibulo crucis, omnē potentiam diaboli principis mundi i.e. peccatorum fregerit, & mundū totū à peccato & faucibus inferni & diaboli vindicauerit, i.e. iudicando liberauerit: vt discas humilitate & contemptu sui omnes tentationes dæmonis & mūdi frangi. 2. Cōsidera tantum esse beneficium nobis præstitum p exaltationem Christi in crucem & mortem, tantamq; caritatem demonstratā, vt non modo allici, sed etiam trahi quodammodo, licet inuiti, in eius amorem debeamus. Et tanta est vis passionis, si serio pendatur, vt non tam moueat, quam impellat hominem peccatorem ad conversionem, & pœnitentiam, ac mortem etiam, dum opus est, vt accidit martyribus, libenti animo perferendam.

M & Respons

2. Respondit turba, audiui mus ex lege, quod  
 Christus manet in aeternum, & quomodo  
 dicis. Oportet exaltari filium hominis? Con-  
 sidera turbam, id est, homines mundi, in  
 vanarumque rerum, ut opum, honorum  
 voluptatum, & vitae carnalis amantes non  
 intelligere, quæ sunt spiritus Dei, pauper-  
 tatem contemptum sui, passiones, mortem  
 & ideo non potuerunt capere hæc in Chri-  
 stum conuenire: at qui Christi sunt disci-  
 puli illi sciunt per pauper tatem opprobria  
 & multas tribulationes perueniri ad ver-  
 opes honorem, vitam ipsamque æternam  
 tem. Si enim granum frumētī cadēs in ter-  
 rā mortuū fuerit, multum fructum afferit.  
 Sic Heraclius imperator hoc die, non cum  
 gemmis & auro splendidus esset, sed cum  
 vili habitu, nudisque pedibus indutus esse  
 set, meruit crucem ipsam Christi à Per-  
 recuperatam, in montem Caluarie, re-  
 ferre.

2. Adhuc modicum lumen in vobis est. Am-  
 bulate dum lucem habetis. ut non vos tene-  
 bra comprehendant, & qui ambulat in tene-  
 bris, nescit quo vadat. Considera modicum  
 lumen in iis esse, qui non cum Apostolo  
 2. Co. 2. Paulo dicere possunt. Non iudicau i me scire  
 aliud, quam Iesum & hunc crucifixum. licet  
 ma o di

modicum erat in dicta turba, quomodo enim sequeretur Christum clamantem. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: Ideo solere nos frontem, totumq; corpus saepe insignite cruce, vt hoc lumen in omni actione nostra preferatur: alioqui enim facile nos tenebrae, & tenebrarum Princeps suis tentationum laqueis esset comprehensurus.*

INFESTO S. MATTHÆI APOSTOLI. 21. Septemb.

*De eius vocatione ad Christum.*

*Matth. 9,*

**I**ESVS videns Matthæum sedentem in telonio, ait: *Sequere me, & surgens secutus est eum.* Considera potentiam & clementiam eximiam Dei, quod hominem immersum peccatis, & huius mundi curis, (vt sunt telonarii) dignetur extrahere tam subito ex peccatorum lato, & ad summam vitæ Apostolicæ perfectionem vocare, ab vno extremo ad alterum: vt discas, nullum esse peccatum vel imperfectionem, nullum etiam peccati statum, ex quo Deus, si eum vocantem sequi velis, non possit velisque te

M s extra

extrahere. 2. Considera promptam obedientiam Matthæi, omnibus opibus negotiis posthabitis Christum insequentis. Cogita quoties te Christus vocet, ut eum sequare, in hac illamque virtute te exerceas, hoc vel illud bonum opus facias, & tamen sanctam eius inspirationem respicias, vel si ammiras tamen exequi differas. Ora ergo Deum, ut semel perfecte omnibus cupiditatibus praevenire renuncies, & Christo soli aurem praebeas.

2. *Discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores discumbebant cum Christo. & rogabant discipulos, cur cum peccatoribus manducaret eorum Magister. Considera tantas fuisse Christi virtutes cum summa humanitate coniunctas, ut etiam mali homines sponte se ei adiungerent. Instrue & tu vitam, ut non solum scandalo nulli sis, sed etiam modestia, pietate & comitate ad tuum colloquium alios allicias, & conversationes tua meliores reddas. 2. discite non curare oblocutiones, sicut nec Christus curavit, nam detractor sibi soli nocet, sicut qui candelam emungit, digitos suos tantum urit, & aliter pdest. 3. discite eos qui cum Matthæo sequuntur Christum, & deserunt mundum, laudem apponere conviviis Christo. quia nulla re magis delectatur, quam perfecte sui & mundi contemptu.*

*Exemplum*

FESTA TOTIVS ANNI. 187

*Euntes discite. Quid est? misericordiam vo-  
lo & non sacrificiū. Non enim veni vocare iu-  
stos sed peccatores. Considera rursus ineffa-  
bilem Christi clementiā & charitatem, q̄  
ei quasi gloriæ suæ oblitus, potius cordi sit  
erga peccatores misericordia, quā fuerint  
omnia sacrificia in honorem eius oblata,  
imò non propter iustos, quos tamen in pri-  
mis complecti deberet, sed propter pecca-  
tores de cœlo descenderit, humanam na-  
turam assumpserit & consumeliosissimam  
mortem oppetierit. Considera, quam cari-  
tas & passio Christi efficax fuerit in cōuer-  
sione peccatoris Matthæi, vt & ipse Chri-  
sti discipulus insignis, Apostolus & Evan-  
gelista factus sit, & postquā in Æthiopia  
longè lateque fidem Christi propagasset,  
vicissim pro Christo, tempore sacrificii in-  
cruenti in ara peracti sanguinem profude-  
rit.*

3.  
Ose. 6.

IN FESTO MICHAELIS  
ARCHANGELI.

29. Sep-  
temb.

*De imitandis paruulis. Matt. 18.*

**R**ogantibus discipulis, quis esset major in  
regno cœlorum. Christus statuit paruulū  
in medio illorum, dicens, nisi efficiamini sicut  
paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

1.

Con-

Confidera quam congruenter in hoc fe-  
sto præfens legetur Euangelium, quia sic  
ut superbus Lucifer ob vfurpatum diuinum  
honorem ex paradyfo præceps ruit in pro-  
fundum inferni: sic humilis S. Michael cū  
toto bonorum angelorum exercitu, subbi-  
ciendo se creatori suo ad summam beato-  
rum gloriam est euectus, vnde æternū de-  
cretum Dei est, neminem venturum ad an-  
gelorum gloriam, nisi eandem cum illis  
humilitatis viam calcauerit. 2. confidera,  
si angeli, licet beati, non dedignantur se  
ad ministerium hominum dimittere, velut  
paruuli. (*Omnes enim*, teste Apostolo, *sunt*  
*administratorij spiritus*) & societatem no-  
biscum inire, vt restaurēt suas ruinas, quā-  
to magis homo homini se debet submit-  
tere, fraternē vnicuiq; seruire.

Heb. 1.

2

*Quicumq; humiliauerit se sicut paruulus*  
*ille, hic est maior in regno cælorum.* Confide-  
ra bonitatem Domini, tam facile me-  
dium præscribentis, vt simus in regno cæ-  
lorum maiores, quia vt scribit S. Bernardus  
sermone 2, de Quadrages. *Nihil est facilius*  
*volenti quam humiliare seipsum.* 2. nota paru-  
ulorum proprium esse, vt sint malitiæ do-  
liq; expertes, corpore menteq; puri,  
non vindicare iniurias, omnibus cedere,  
sub

**FESTA TOTIVS ANNI. 189**

submittere se maioribus, eosque reuereris  
id imitare, & humiliaueris te sicut par-  
uulus.

*Videte ne contemnatis vnum ex his pu-  
sillis, quia angeli eorum in caelo semper vidēt  
faciem Patris mei, qui in caelis est.* Considera  
quam graue peccatum sit, parui facere  
pusillos, maloque exemplo offendiculum  
illis prębere: si enim ea re offenditur an-  
gelus eorum custos, qui semper versatur  
in conspectu Dei, verendum est, ne non ad-  
uocatum tuum, vt solet, sed accusatorem  
agat. 2. considera, angelos etsi continen-  
ter in nobis custodiendis & ministrandis  
sint occupati, nō ideo abstinere ab assidua  
diuinę faciei contemplatione: vt discas  
licet aliquando litterariis, vel aliis occu-  
pationibus ad salutem proximi spectanti-  
bus sis distentus, non debere tamen obli-  
uisci orationis, & contemplationis rerum  
cœlestium.

**IN FESTA SIMONIS ET IV-  
DA APOSTOLORVM.**

18. Oct.

*De dilectione mutua & persecutione.*

*Ioann. 19.*

**DIXIT** Iesus discipulis. *Hæc mando vobis,*  
vt di-

— *ut diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret. Considera, cur Christus tam sedulo mandet & commendet discipulis suis dilectione mutuâ; quia videlicet, inquit B. Gregorius, omnia alia præcepta in sola caritate solidantur. Ut enim multi rami ex una radice prodeunt, sic multæ virtutes ex una caritate generantur, nec habet aliquid vitiositatis ramus boni operis, si non maneat in radice caritatis. 2. Cōsidera; magno solatio esse debere pietatis studiosis, si ob pietatem videat, se multis malis hominibus excusos, quia ea in re ducunt & antesignanum habent Christum saluatorem suum & conditorem, qui aut miles tam vecors sit, qui non velit similibus esse suo Imperatori? deinde ponere etiam in lucro, quia si patienter odium istud ferat, certum argumentum habent, se nihil habere cum mundo commune, quia mundus nihil suum, id est, nullam cupiditatem operum, honorum & voluptatum inuenit in illis.*

2. ] *Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruarunt, & vestrum seruabunt. Considera, multis modis te esse seruum Christi. 1. qua homo es, & ad imaginem Dei creatus. 2. qua christianus, quia te pretioso san-*

FESTA TOTIVS ANNI 101

guine suo ex seruitute peccati & dæmonis redemit. 3. quia sponte te ab iurata pompa Sathane in baptismo ei consecrafti. 4. quia totum te si religionem es ingressus, in holocaustum, ei & superioribus obtulisti, ac ideo plusquã alii obligatus es eum imitari etiã in patiendo. 2. Considera ideo Christũ præmonere de persecutionib. suos discipulos, vt intelligãt tũc veros discipulos & seruos Christi se futuros, si Christũ maximè in passiõe imitètur. *Omnes n q piè uere uoluit, vt docet Apostolus, psecutionem patiètur, à mundo sc. dæmone & carne.* 2. *Ti*

*Si non venissem & locutus eis non fuisset, peccatũ nõ haberent: similiter si opera nõ fecissem in eis, q̄ nemo alius fecit. nunc autem excusationẽ nõ habent.* 3. Considera, cũ Christus per sua beneficia spiritalia toties nos uisitavit, vt quod Christianis parentib. orti à Catholicis præceptorib. instituti simus, & quotidie tot diuinas inspirationes, cõciones & exhortationes, sanctissimaq; exẽpla Sanctorũ miraculis illustriũ, vel sanctitate conspicuorũ, habeamus & videamus, inexcusabiles nos fore in die iudicii; si de fide Catholica aliquando dubitemus, aut vitam Christiano homine dignam non instituamus. 2. Considera, cum Iudæi, quibus locutus est CHRISTVS, & coram

quibus miracula fecit, ideo inexcusabiles  
fuit, quia pertinaces in sua sententia man-  
serunt, & putarunt messiam non posse  
tam pauperem & abiectum, ut ille erat, qui  
tunc a pertinacia, & proprio iudicio  
horrere debeat, maximè cum perichlorum  
fides vel caritas.

1. No- INFESTO OMNIVM SA  
m. CTORVM.

De octo Beatitudinibus. Matt. 5.

1. **I**ESVS in monte sedens, elevatis oculis in  
discipulos ait. *Beati pauperes spiritu, quoniam  
ipsorum est regnum caelorum.* Considera, Chri-  
stus ideo in monte istas beatitudines  
enunciavit, ut indicaret eas capi non posse,  
ab iis, qui perfectionis maioris desiderium  
desertis vitae secularis vallibus, sectantur  
Iesum per iuga virtutum. 2. considera  
ut bonum architectum perfectionis Chris-  
tianae altissimum ponere fundamentum  
nempe Paupertatem spiritus, in qua  
principes virtutes continentur, contra  
superbum opum & illicebrium huius seculi  
contemptus sui; vel paupertas voluntaria  
& vera humilitas. 3. cogita paupertatis vo-  
luntariae premium esse regnum caelorum.

quia merito cœlestia debentur illis, qui contemnunt terrena & certe qui c b Christum bonis terrenis se exuunt, vt religiosi, etiam in hac vita incipiunt possessores esse cœlestium deliciarum.

*Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Considera, rectè paupertati addi mansuetudinem, quia proprium est pauperum pati iniurias & opprobria, & ideo homini pio mansuetudo necessaria est, qua mala omnia sustineat, & vincat in bono malum. 2. Considera, si pauperibus spiritu, id est, humilibus promissum est cœlum, & mitibus possessio terræ, superbis & iracundis quid aliud super est, nisi infernus.

*Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Considera, non esse beatos, qui lugent rerum temporalium iacturam, sed qui lugent pro suis vel aliorum peccatis. 2. ob diuturnum huius vitæ exilium. 3. ob pericula varia salutis. 4. ob dilationem gloriæ, hi enim & in hac vita, & in futura solidam consolationem percipiunt. 2. Considera, si qui in hoc mundo tristes sunt, gaudent in altero, quem exitum habituri sint, qui risui & recreationibus per omnem vitam dediti sunt. *Extrema gaudii, ait Sapiens, Proth. 14. luctus occupat.*

N II. PARS

## II. PARS.

6. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.* Considera, postquam peccata nostra luximus, proximum esse, & magno desiderio aspiremus ad diuinorum præceptorum obseruationem, & virtutum omnium studiū; neq; enim satis est declinare à malo, sed opus est quoq; facere bonum. & considera non satis esse nos velle iustitiam, sed esurire & sitire illam, id est acriter cupere, & magno feruore promouere illam in se & aliis, ut qui iustus est iustificetur ad vitam. Sic enim futurum est, ut Deus vicissim esurientes impleat omnibus bonis & delectationibus non in hac vita solum, sed etiam in cælesti patria.

Apoc.  
vlt.

7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Considera, misericordia cum nomen habeat à corde, tum verè esse misericordes, cum ex animo compatiemur miseris proximi & misericordiam Christianam latè patere: est enim exercenda in corporalibus tantum, sed etiam spiritalibus bonis communicandis, nec tantum erga amicos, sed etiam inimicos & peccatores. hæc enim facit nos similes Deo, qui solam suam vitam facit super bonos & misericordiam suam facit etiam super malos. & misericordiam suam facit etiam super malos.

FESTA TOTIVS ANNI. 195

dici illis dicit Dominus. *Venite benedicti* *Matt.*  
*Patris mei. Esurivi enim, & dedistis mihi* *25.*  
*manducare.*

*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum* *6.*  
*videbunt.* Considera, quam bene munditia  
cordis iungatur misericordiae, si enim pu-  
ra intentione non des eleemosinam, vel in  
peccato mortali existēs amittis misericor-  
diae meritū *Si enim in pauperes, ait Paulus,*  
*distribuo omnes facultates, caritatem autem* *1. Cor.*  
*non habuero, nihil mihi prodest. 2. Cōsidera,* *13.*  
*Deū aliis virtutib. alia pmittere præmia,*  
*at puritati cordis pmittere præmium sui i-*  
*psius, nec. n aliud est, videre Deū, quā frui*  
*illo, & illum possidere. Nec mirum. cum n.*  
*sit ipsissima puritas. libenter se cōmunicat*  
*mētibus verè puris, id est, à peccatis & pra-*  
*uis cupiditatibus seculi, quales in primis*  
*sunt eorum qui castitatem Deo voverunt.*

III. PARS.

*Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*  
Considera, puritati cordis rectè subiungi *7.*  
pacem, quia quando cor purgatum est à  
sordibus peccati, mox experitur in se pacem  
quæ, iuxta Apostolū, *exuperat omnē sensum,* *Phil. 4.*  
& præsentis gratiæ manifestum est signū.  
2. considera, pacem esse animorum & vo-  
luntatū coniunctionē. Pacifici ergo erunt,

N 2 qui

qui hanc coniunctionem procurant  
Deo. cum proximo. cum cōscientia  
4. cum passionibus, cum quib. non est  
pax, nisi subigantur. 3. hos filios Dei  
ci, quia similes sunt Christo, qui est  
pax. 2. quia Dei officio funguntur, & C

*Ephes.* **1.** *Ipsi enim est pax nostra, qui fecit unum,*  
*id est, hominem cum Deo unum*  
*nihil aliud quam concordiam, dilectio-*  
*que mutuam discipulis commendavit.*

**3.** *Beati qui persecutionem patiuntur pro*  
*iustitiam, quoniam ipsorum est regnum*  
*rum. Considera, merito hanc beatitudinem*  
*omnium esse ultimam, quia est omnium*  
*tutum, omnisque perfectionis fastigium,*  
*velut gemma, & crux aurea appensa*  
*naureæ ex multis annulis conflata,*  
*enim pro Christo est donum supra*  
*donum, quod Deus non impercit nisi*

**4.** *carissimis. Vnde B. Iacobus scripsit,*  
*tiam opus perfectum habere 2. Considera*  
*circo sanctos homines, non in aliis virtutibus*  
*& donis, quæ possunt hominem inflare*  
*in contumeliis & persecutionibus, persequi*

*Gal. 6.* **1.** *gloriarum. Absit, inquit Apostolus,*  
*gloriarum, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*

**9.** *Beati estis cum maledixerint vobis ho-*  
*mines, & persecuti vos fuerint, & dixerint*

malum aduersum vos, mentientes propter me:  
 gaudete & exultate, quoniam merces vestra  
 copiosa est in caelis. Considera nihil piis ma-  
 iorem laetitiam afferte, quam dum multa  
 & graua patiuntur pro Christo, tum quia  
 sciunt se fieri Christo simillimos, tum quia  
 copiosissima remuneratio illis in caelo pa-  
 rata est. Vnde de Apostolis dicitur in Actis. *Act. 5.*  
*Ibant gaudentes à conspectu Concilii, quia di-*  
*gni habiti erant in nomine Iesu contumeliam*  
*patri.*

MEDITATIO II  
 De Festo omnium Sanctorum.

CONSIDERA quanta gloria fruuntur  
 Sancti in caelo quorū festū hodie agi-  
 tur, quae solet distingui in premiū acciden-  
 tale, & essentielle. Accidentale consistit in  
 possessione omnium bonorum, quae non sunt  
 Deus, vt nihil desit, quod oblectare queat.  
 Quicquid enim homo optare potest, illic  
 plenissimè habebitur. Primo quoad cibū  
 & potum plena sarietas. 2. vestitus lumine  
 glorioso refulgens. 3. palatia ex gemmis &  
 margaritis constructa. 4. summus honor &  
 gloria. 5. perfecta omnium rerum cognitio  
 6. ciues & socii nobiles, diuites, & nostri a-  
 marissimi. 7. plena victoria daemnis, mun-

N 8 di &

di & carnis, nullū incōmodū, nulla trī-  
tia. & occupationes iucūdiſſimę, collo-  
cōtinua cū Deo, Dei matre, omnibus  
ſāctis. diuinās laudes & hymnos cū  
da vocū harmonia cōcinere, mundum  
Christo administrare, imò regnare. Et  
quidē erunt omnib. ſāctis cōmunia, p-  
terque quādā peculiaria gaudia & tri-  
cedunt Martyrib. Virginib. & iis qui  
ſalutis viā docuerunt, iuxta cuiusq; me-

2. Considera prædicta omnia nihil esse  
cōferantur cū præmio essentiali, q̄ con-  
stitit in immediata Visione Dei. Ex hac vi-  
sione multa in anima fiunt. 1. plena  
possessio, vt omnia sint plena Deo etiā  
corpore. 2. similitudo Dei, vt potius ſan-  
dicātur Dī, quam homines: sicut carbo  
gnitius vocatur ignis. 3. perfecta visio  
quæ in Deo sunt, vt sapientiæ, iustiti-  
bonitatis, caritatis, omnipotentia, p-  
chritudinis, licet non possint cōprehē-  
4. summa dilectio Dei, & intima adha-  
5. ineffabile gaudium & spiritualis delecta-  
tio 6. plena satietas, & ornatus in omni  
animæ potentiis, & corporis membris.

3. Considera, cum sancti ad tantam eue-  
ſint gloriā, quāta veneratione sint a nob-  
solendi, & inuocandi, vt pote nō de sua  
gost-

FESTA TOTIVS ANNI 197

nostra tantū salute tonari. 2. quantū in nobis desiderū excitare debeamus, vtaliquādo ad illos perueniamus, & tantis bonis fruamur. Sed quia ad tāta præmia nō peruenitur nisi per magnos labores; iam nunc statue vestigiis Christi & sanctorum insistere, licet mundus rideat, caro reclamet, dæmon rugiat.

IN COMMEMORATIONE 2. Non.

ANIMARVM.

Confidera. quā graues pœnas sustineāt animæ fidelium defunctorū in Purgatorio, nā S Scriptura vocat pœnā ignis. & Patres, vt Aug Greg Beda, dicūt pœnā esse intolerabilem quauis pœna huius vitæ, quæ Martyribus vel latronib infl. cta fuit, vt S. Laurentio, S. Vincentio, S. Bartholomeo, & aliis. 2. confidera diuturnitatē in pœnis, quæ non ad vnū diē, sed ad multos annos sæpe durant. Beda indicat quasdā animas vsq; ad diem iudicij in ijs manere. Et Ecclesia aniuersaria sacra celebrat etiā pro ijs, qui ante 100 vel 200. annos obierunt.

Cōsidera vt in fide Purgatorij firmior sis, & in pœnatis studio cōstator. recoinquātū nihil vel immūdū siue lethali siue leuio re peccato posse intrare regnū cœlorū, vt est in Apoc. 2. quā pauci sint, qui peccatorū

N 4 YC 10

venialium experte aut, aut pro peccatis  
 lethalibus & venialibus licet remissis fa-  
 ecerint. 3. quanta Dei sit misericordia  
 patientia. quod post hanc vitam (cū necesse  
 erit, nec peccandi amplius tēpus est) fr-  
 luerit nos purgari ab his maculis, & prec-  
 bus viventium iuvari. 4. quis status tuus  
 cōsciētiae, an sincerè omnia peccata ma-  
 talia & singula confessus fueris, an ut debe-  
 de eis dolueris, an satisfeceris, an in  
 genere orationib. & aliis bonis operibus  
 animas defunctorū iuueris? ijsq; meritis  
 tibi post hanc vitam etiam auxiliū alio-

3. Cōsidera, quare tenearis merito animarū  
 bus illis hoc die & alias subuenire. 1. quia  
 seipos iuare nequeūt nisi solutione pec-  
 catorū acta vsq; ad vltimū quadrantē. 2. quia  
 in carcere, quos Dominus iubet visitari,  
 quia lex naturæ postulat, vt quod nobis  
 fieri vellemus aliis faciamus. 4. quia  
 omnes nostri fratres, & filij Dei, sunt enim  
 in gratia & iusti. 5. quia implorant opem  
 nostram iunctis manibus, vt quibusdam  
 modis apparere. 6. quia multa præsidia  
 nobis suppetunt, quibus iuvari queunt. Primum  
 est sacrificium Missæ. 2. orationes,  
 elemosynæ. 4. ieiunia, disciplinæ, peregrina-  
 tiones, si hæc faciamus in gratia.

FESTA TOTIVS ANNI 201  
IN FESTO S. MARTINI EPI-  
SCOPI.

11. No-  
uemb.

De lumbis præcingendis. Luc. 12.

**D**ixit Iesus discipulis. Sint lumbi vestri  
præcincti, & lucerna ardentes in manibus.  
Vestris. Considera lumbos præcingere eum,  
qui tam mente, quam corpore alienus est  
à carnalibus desideriis, & carnem suam, vt  
loquitur Apostolus, crucifigit cum vitiis &  
concupiscentiis. Lucernas verò ardentes  
gestare in manibus, eos qui & in bonorum  
operum exercitatione sunt seduli & arden-  
tes, & aliis suo exemplo, quasi luce prælata  
autores sunt, vt ea imitentur, *providentes  
bona, vt suadet B. Paul. non tantū corā Deo,*  
*sed etiam coram omnibus hominibus.*

Gal. 5

Rom  
12.

*Beati serui, quos Dominus innenerit vigi-  
lantes: præcinget enim se, & faciet illos disci-  
bere, & transiens ministrabit illis, Confide-  
ra, non satis esse colere puritatem mentis  
& corporis, bonisq; operibus vacare, & a-  
lios ad eadem incitare, sed etiam perseue-  
rare, idq; continenter, vt cum Domino pla-  
cuerit venire, & nos ex hac vita euocare si-  
ue per repentinum, siue diuturnū morbū,  
parati sumus. Si enim paratos nos inue-  
nit, ad vitæ æternæ nuptias euocabit, & no-*

N s biso-

bis omnia deliciarum genera, quæcunquẽ mente excogitare poterimus, affatim subministrabit.

3. Considera S. Martinũ verè fuisse lucenam ardentem & lucẽ; Primum n. quod virtutes eius toti orbi notas, eminuit in e. Humilitas, quia adolescens miles famulo suo saepe inferuit, & calceos detraxit. leproso in porta Parisiensi osculum dedit, & moriturus, nec vilia quidẽ stramenta sibi passus est supponi, dicens. *Non decet filium Christianum nisi in cinere mori. Si aliud exemplum vobis relinquo, ipse peccavi.* 2. caritas, quia in porta Ambianensi, nudo pauperem in median chlamidẽ discidit, in qua Christus ei nocte apparuit. In patriam abiit, ut parentes converteret & incidens in latrones, quia contempsit mortem, vnũ latronum conuertit. 3. Zelus fidei Catholicæ, nam decennis inuitis parentibus ad Ecclesiam confugit, vt baptizaretur. deinde adolescens miles factus, cum soli Christo militare statuisset, nec Casaris Iuliani irã, nec aulicorum curas irrisiones, sæculari militiæ renunciauit. tantus Arianorum hostis fuit, vt virgis aliquando ab vrbe pulsus sit. duodennis eremum petiisset, nisi ætas obstatisset. *Oculis ac manibus in cœlum*

*semper*

*Sculp.  
in vita*

semper intentus, inuictum ab oratione Spiritum non relaxabat. Dum sacrum faceret, globus igneus apparuit super caput eius In mensa Cæsaris, prius suo sacerdoti sociopoculum obtulit, quam Cæsari. Cū dæmon purpuratus ei quasi Christus appareret, respondit Dominus non dixit se purpuratum, vel diademate renitentem venturum. Et in morte astanti ait. Quid hic astas cruenta bestia nihil in me fuisse reperiens. Cum discipuli dicerent. carnos pater deseris: Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS. 21 No<sup>o</sup>  
uemb<sup>o</sup>  
NIS. B. V. MARIÆ.

*Meditatio de Euangelio eadem cum festo Natiuitat. B. Virg.*

*De historia Præsentationis B. V. à Ioa-  
chimo & Anna parentibus facta.*

CONSIDERA, quomodo sapiēs & humilis virguncula (in qua ratio et aetate, eras n. trimula, præuenerat) oculis humi defixis cōplicitis in pectus manib. desiderio aduēdi tēpli Hierosolymir. ardēs in via accēdit, & celerrimè 15. gradus à nullo aditua, stup<sup>o</sup>

stupentibus omnibus ascenderit: Ut discas bonum esse à prima ætate seruire Deo, & de virtute in virtutem ascendere, hoc est, quotidie proficere, in studio bonorum operû seruire, fortiter omnes difficultates superare, amare templû & societate priorû.

Confidera, qua deuotione pii parentes B. Virginem totam hilarem vultu obtulerint Deo & Sacerdotibus, eam in altare sublata: quam gratû diuinæ maiestati munus fuerit. Si enim sacrificia taurorum & vitulorum grata fuerit Deo, multo gratius fuerit huius puellæ, quæ omnes homines gratia & sanctitate superauit. Omnes fere qui in infantia à parentibus Deo oblati sunt, magni sancti postea facti sunt, nec alia de causa puto, quam quia Deo gratissima fuit eorum oblatio.

Confidera, quomodo B. Virgo flexis genibus. cû lacrymis in ara obtulerit seipsam, quam grata fuerit Deo & angelis talis oblatio. Si enim angeli gaudent super vno peccatore pœnitentiam agente, quanto magis super hac seipsam in holocaustum offerente, quæ nunquã peccauit? Obtulit autem se perfecte, nempe mundo proxis renuncians, & totam se ad nutum diuinæ voluntatis resignans, parata reliquum vite in

pau

IN FESTA TOTIVS ANNI. 205

paupertate, nihil proprium habendo trāsi-  
gere: offerens quoq; se in minimam ancil-  
lulam matris Messix venturi. Deinde con-  
sidera quomodo dimissis parentibus cum  
summo suo gaudio inclusa fuerit cubicu-  
lo templi, & per vndecim annos in eo no-  
ctu diuq; seruiēs Deo inter angelos vixerit.

IN FESTO S. CATHARINÆ  
VIRG. ET MARTYRIS.

25. No-  
uemb.

De decem Virginibus Matth. 25.

9.

**D**IXIT Iesus discipulis. *Simile est regnū  
cælorum 10. virginibus, qua cum lampa-  
dibus obuiam exierunt sponso & sponse. Con-  
sidera, si clericus vel religiosus sis, primo  
quam grata sit virginitas vel castitas, quā  
Deo vouisti, quia eam Christus & B. Vir-  
go coluere, aliisq; suasere, vnde & agnus  
immaculatus in Apocalypsi dicitur versari  
in comitatu virginū. secundo te debere ge-  
stare lampadem, id est, cor habere apertū  
ad cogitanda cælestia, clausum vero ad ter-  
rena, lampas enim supernè patet, infernè  
clausa est. Virgo, inquit Apostolus, cogitat 1. Cor.  
qua Deo sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. 7.  
Tertio obuiam ire sponso Christo, cui a-  
nimam tuam per votum irrevocabile de-  
sponsasti, & sponse B. Virgini, vel religioni  
tua.*

tuae obuiā ibis, si omnes cogitationes, desideria, & actiones ad eius honorē & gloriam, animāq; tuā salutem dirigas, & semper quasi praesentem cernas.

*Prudentes virgines acceperunt olium secum in vasis suis cum lampadibus, fatuae secus.* Considera ad concinnandā rectē lampadē ne facile extingatur, requiri primo vitri claritatem & nitore. 2. ellychnium sufficiens. 3. vas oleo plenū. 4. flammę ardore. 5. splendorem. Sic Virgo, vel religiosus debet primo esse mente & corpore purus. 2. animā suā pia aliorum exhortatione, lectione, crebraq; cōmunionē pascere, vas cordis sui habere plenū oleo caritatis & deuotionis in Deum, nam vt oleū flammā efficit & fouet in lampade, sic oratio deuota diuini amoris flammā excitat & conseruat iuxta illud Prophetę. *In meditatione mea exardescit ignis.* 4. debet ardens esse in omnibus operibus bonis: nam tepidi ex ore Domini euomuntur. Apoc. 3. 5. bono exemplo aliis prælucere, vt videant opera eius bona, & glorificent patrem cœlestem.

*Eadem sponso veniente, quia paratę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.* Considera tres esse ianuas, quas Dominus in hoc mundo apertas tenet homi-

nibus, vt ingredi cœlum possint, quæ post iudicii diem omnino claudentur, vt nulli amplius pateat in eas ingressus. Prima est misericordiæ & veniæ, quæ patet omnibus habentibus lampadē fide. cu oleo pœnitentiæ. Secunda est gratiæ, ad merendū & proficiendū in virtute, quæ etiam patet omnibus iustis se exercenibus in bonis operib. Tertia est gloriæ, quæ patet omnib. quidē, sed in gratia, & bonorū operū exercitio vsque ad aduentum sponsi, qui est in cuiusq; morte, perseverantibus. *Qui enim perseveraverit usq; in finem hic saluus erit. 2. Cōsidera* Matt. 10,

claudi ianuā omnib. qui licet fidē in Christum habuerint, castitatē Deo promiserint multos annos in religione transegerint, & multis bonis operibus illustres fuerint, nō tamen vsque in finem perstiterunt.

INFESTO S. ANDREÆ APOST. 30. Numb.

*De Vocatione Apostolorum. Matt. 4.*

*Ambulans Iesus iuxta mare vidit duos fratres, Petrū & Andream mittentes rete in mare: Cōsidera quod viderit eos nō tā corporaliter quā spiritualiter, diuino nēpe oculorū cōiectu, quo eos ab æterno ad Apostolicū munus elegerat. Verè felix cōiectus qui ex peccatorib. fecit iustos, & ex hēmi-*

Apostolos. considera, illos fuisse fratres  
 quia capita Ecclesie suae esse noluit, nisi  
 fraternae caritatis vinculo colligatos, non  
 voluit suos esse discipulos, nisi se mutuo  
 diligentes. *In hoc cognoscentes omnes, inquit  
 alibi Christus, quod discipuli mei estis, si de  
 lectionem habueritis ad inuicem. Vis ergo  
 Deum in te oculum desigere, cura ut colas con  
 cordiam & unionem fraternam: considera  
 eos vocatos ex mari, ut exemplo Domini  
 discerent animas ex tempestuoso huius se  
 culi naufragio extrahere. Vnde non deseru  
 runt piscandi officium, sed melius reddiderunt.*

2. *Ait illis. Venite post me, ut faciam vos  
 fieri piscatores hominum, & illi continuo reli  
 ctis retibus sicut postea Iacobus quoque, & Ioha  
 nes, secuti sunt eum. Considera subito secun  
 tos relicto opere imperfecto, ut videas quam  
 obedientiam exigat a religioso Deus qui Ap  
 postolicam perfectionem sequi conatur, ne  
 ut nulla interposita mora pareat superio  
 rum mandato. 2. considera horum exemplo  
 esse relinquenda sequenti Christum. 1. reti  
 bus, opera peccatorum, quibus homines velut  
 funibus & retibus, illaqueantur. 2. nauem, &  
 possessiones mundi, & omnia temporalia, &  
 affectum erga parentes & cognatos: quod signifi  
 catum est hic, cum Iohannes & Iacobus pariter  
 Zebedaei*

Zebedeum reliquerunt. O quam felix est  
relictio & desertio, quæ cum tanto bono  
imò cum thesauro omnium bonorum  
commutatur.

*Vidit alios duos, fratres reficientes in naui* 1.  
*reitia sua, qui & secuti sunt eum.* Considera,  
hoc exemplo moneri concionatores, qui  
sunt hominum piscatores, vt aliquando re-  
licta nonnihil piscatione animarum, va-  
cent retribus reficiendis, id est, colligendo  
spiritui & emendandis defectibus, vt reno-  
uato spiritu, postea maiore fructu redeant  
ad piscationem animarum. 2. Considera  
Petrum, qui designat feruentem actionem  
prius vocatum quam Ioannem, qui signi-  
ficat contemplationem: vt discas non per-  
ueniri ad perfectionem contemplationis,  
nisi per antegressionem sedulam sui mor-  
tificationem.

IN FESTO S. NICOLAI 7. Dec.  
EPISCOPI.

*De lumbis præcingendis. Luc. 12.*

**D**IXIT IESVS *discipulis. Sint lumbi ve-* L  
*stri præcincti.* Considera, S. Nicolaum  
exemplo prius quam sermone supra natu-  
ram docuisse, quomodo præcingendi sint  
lumbi

lumbi. Nam cum infans adhuc sugens esset, in cunis iacens, quartis & sextis feris ac semel tantum sub vesperam vbera materna suxit, qua infantuli sobrietate docuit, quam castus, quam magnus in Ecclesia Dei esset futurus. Eandem enim ieiunandi consuetudinem tota vita tenuit. Scilicet & quotidie semel tantum comedit, id est vesperi, & vno contentus ferculo, à carnibus quoque semper abstinuit, Lectionem item sacram mensa adhibuit. 2. Considera, hoc exemplo eum docuisse, quam solutare sit pueros ab infantia bonis assuetudine operibus, tum quia opera illorum, mundiora, ita sunt chariora, tum quia perunquam durant in senium. *Quod enim non iuventa capit, vulgo dicitur, inueterata sapit.*

*Et lucerna ardetes in manibus vestris.* Considera, per lucernas intelligi exempla virtutum, quibus B. Nicolaus praeluxit, in quibus eminuit exemplum caritatis ardentissimum, nam auro multo clari in domo cuiusdam noctu proiecto, patris in opus, & trium puellarum virginum opprobrium, quæ per prostitutionem corporis coactæ fuissent nefandum quæstum facere, sustulerunt. Deinde Episcopus factus, pauperes viduis & orphanis, aliisque eorum op-

FESTA TOTIVS ANNI 218

nia, & labore nunquam defuit, nihil sibi  
reservans nisi vitæ necessaria, & supellecti-  
lem opportunam. Imò adolescens adhuc,  
facultates omnes in pauperes erogavit.  
Deinde fuit lucerna ardens ratione humi-  
litate singularis. Nam ideo noctu aurum  
in alienam domum iniecit, vt opus tam  
præstans omnibus ignotum maneret. Ad-  
hæc, ratione religionis & deuotionis sin-  
gularis. Nam Hierosolymâ causa visendo-  
rū locorū sacrorū peregrinatus est Primus.  
in templum orandi causa se cōferebat, po-  
stremus exibat, eoq; iudicio Myræ in Ly-  
cia ab Episcopis cōgregatis electus est Epi-  
scopus, cum diuinitus moniti essent elige-  
dum eum, qui primus templū mane iniret.

*Vide Meditat. in festo S. Martini.*

IN FESTO CONCEPTIO-  
NIS B. V. MARIÆ. *s. Dom*

*De immaculata eius conceptione.*

CONSIDERA, quomodo B. Virgo ante  
constitutionem mundi à Deo electa  
fuerit, & prædestinata, vt esset Dei ma-  
ter, & tam excellenti puritate niteret,  
quanta nulla ante ipsam creatura nituis-  
set, aliisque innumeris dotibus ornare-  
tur, quæ variis vaticiniis, in veteri lege  
O 2 sunt

sunt præmonstrata, vt intelligeremus eam  
super omnes alios sanctos colendam & ad  
eam in omnibus necessitatibus corporali-  
bus & spiritualibus refugiendum. 2. Con-  
sidera si hæc ab æterno de ea facta & dicta  
sint, eo quod in vtero filium Dei esset de-  
portatura, quanta puritate, quibus virtu-  
tum dotibus & nos ornati esse debeamus  
qui eundem Dei filium in sanctissimo sa-  
cramento toties realiter in ore & vtero re-  
cipimus, imò quotidie, si sacerdotes sumus  
manibus tractamus.

Considera, cur parentes B. Virginis Io-  
achim & Annam licet iustos tamen per-  
serit esse pauperes & steriles, ac ideo co-  
ram mundo contemptos. Nempe, qui  
conueniebat nihil cum mundo commu-  
nium habere eos, ex quibus nasci debebat  
virgo cuius fructus futurus esset ipse Ma-  
gister & Doctor paupertatis, humilitatis,  
& contemptus sui. Sic enim radix germinis  
& fructus arbori respondit. 2. considera,  
quanto gaudio hac cõceptione affecti sint  
angeli in cœlo, Patres sancti in lympo, pa-  
rentes B. Virginis Ioachim & Anna; intel-  
lexerunt enim hoc ipso spem iniectã breui  
restituendas angelorum in cœlesti Hieru-  
salem ruinas, & totius humani generis li-  
bera-

IN  
eremus can  
endam &  
s corporali  
m .2. Con  
acta & dicit  
Dei esset de  
uibus virtut  
debeamus  
ctissimo  
& vteroto  
dotes simo

Virginis lo  
men per  
ac ideo co  
mpe, qui  
o commet  
debebat  
et ipse Ma  
umilitatis  
lix germin  
considera  
affecti sint  
lymbo, pa  
nna; intel  
iecta breui  
esti Hieru  
generis li  
bera-

**FESTA TOTIVS ANNI.** 213

berationem à tyranni dæmonis, & peccati  
seruitute secuturam.

1.  
Considera, conceptionem fuisse singu  
larem & nunquam à cōdito mundo auditā  
nempe omnis peccati etiam originalis ex  
pertem. Si enim B. Virgo concepta fuisset  
in peccato, aliquando serua fuisset diabo  
li, & rea æternæ damnationis: Quis autem  
credat filium Dei purissimum, in cuius po  
testate erat eligere & condere matrem,  
qualem veller, voluisse concipi à matre, q̄  
aliquando dæmoni infestissimo suo hosti  
fuisset subiecta? 2. considera, ideo ab Ec  
clesia sancta hanc conceptionem B. Virg.  
solemniter celebrari: atque vt pluris me  
ritum passionis Christi faciamus. Meruit  
enim Christus, vt mater sua contra cursū  
ordinarium humanarum generationum,  
sine peccato conciperetur, ac vt nos indies  
maiori puritati operam daremus, & per  
crebras confessiones aliaque præsidia qua  
dantenus eius puritatem imitaremur.

**INFESTO S. THOMÆ** 21. Dec.  
**APOSTOLI.**

Vide meditationem in 8. Paschæ.

O 3 De

**T**HOMAS vnus ex duodecim, non cum eis, quando venit IESVS. Dixit ergo alij Discipuli ei. Vidimus Dominum. Considera, Thomam non potuisse Christum post mortem rediuiuū, quia erat à domo in qua congregati erant stoli, vt intelligas multis consolationibusque spiritualibus destitui eos, & bonorum Societate se remerè segregari. 2. considera Thomam, licet ad Apostolatum tandem rediisset, ne quidem ipsis affirmantibus, se vidisse Dominum voluisse credere, vt discas quantum damnum spirituum profectus homo faciat, si vel ad breue tempus in mundo vel societate carnalium hominum versetur, nempe vt plane impudens & arrogans reddatur, & iudicia aliorum de dignorum contempnat, ac tandem excidat.

*Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & digitum mittam in eam, non credam.* Considera, Thomæ similes in parte esse, tum seculares tum religiosos quos quidem, quando in pietate constant manserunt, donec prospere eis omnia cedant.

cum vero perperam, à pia vita desciscunt. Hos vero quando in officio manent, quãdiu consolationes spirituales affluunt, iis autem sublaris te pescut, sicut accidit huic Apostolo Thomã. Nam ante passionem cum ceteri Apostoli dissuaderent Christo ne in Bethaniam riet, ob periculum lapidationis, Thomas spiritu ardens dixit. *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Et tamen cum aliis capto Christo aufugit, & forte longius, quam alii, quia tardius compasuit.

Ioa. ix.

3. Considera ex commemorato iam dicto apparere, quanto amore erga Christum flagarit, eo que exemplo nos doceri oblata occasione libenter pro Christo, eiusque fide & Euangelio mori, sicut & ipse tandẽ mortuus est, idque in locis totius orbis remotissimis, vt in India orientali extrema quod forte factum fuit, tum vt maiorem caritatem erga Deum demonstraret, tum vt lapsum suum hoc labore accuratius deleteret. 2. considera, cum Christus post vltimam cœnam dixisset. *Vado parare vobis locum, & addidisset: Quo vado scitis, & viam scitis.* Thomam respondisse. *Domine nescimus quo vadis.* vnde intelligis eum tam humilẽ fuisse, vt nõ erubuerit palam ignorã-

tiara

riam suam fateri, deinde exemplum dedisse, ut non oscitanter, sed diligenter sensum verborum Christi scrutemur, & de peccatis ipsis percontemur.

25. Dec. I N F E S T O S. S T E P H A N I  
P R O T O M A R T Y R I S.

*Christus pradicat occidendos Prophetas,  
Matth. 23.*

**L** **D**IXIT Iesus turbis & Principibus Sacerdotum. Ecce mitto ad vos Prophetas, sapientes & scribas, & ex illis occidetis. Considera ineffabilem Dei bonitatem erga suos, quod cum sciret se, Stephanum, Apostolos paulo post talia passuros, (non enim pradicasset, nisi sciuisset) tamen & ipse pradicare perrexerit, & Apostolos miserit, ut discamus, dum docemus, concionamur, vel aliud bonum opus aliis praestamus, non statim despondere animum, vel prouinciam docendi relinquere, si fructus non respondeat. 2. Considera eiusdem sapientiam, cur sciens prudens tanta mala permiserit, ut videlicet Iudaei, suum Messiam, imo ipsum creatorem suum, (quo nullum atrocius malum excogitari potest) in crucem agerent, Stephanum lapidarent, Iacobum

Aposto-

Apostolum gladio trucidarent, Apostolos  
flagellarent. permisit autem, quia maxima  
bona inde elicere norat. Diligentibus enim  
Deum omnia cooperantur in bonum, Ex  
Christi enim morte. secuta est salus mundi  
ex morte reliquorum conuersio multorum.  
magnum meritum ipsorum, ædificatio po-  
sterorum, & multitudo miraculorum, &  
nominatim ex oratione S. Stephani pro la-  
pidantibus facta, teste S. Augustino, con-  
uersio B. Pauli.

*Hierusalem Hierusalem, quoties volui con-  
gregare filios tuos, quemadmodum gallina  
congregat pullos suos sub alas, & noluisse.*  
Considera incredibilem caritatem Christi  
erga Hierosolymitanos, quod eos tum,  
cum omni amore essent indignissimi, imo  
capitales sui inimici, vocet filios; quod se  
non patrem vel dominum eorum, sed ma-  
trem vocet, & talem quidem matrem, quæ  
perinde eos amet, ac gallina pullos, (nihil  
enim intensius & tenerius amare solemus,  
quam foetus paruulum hominum & besti-  
arum.) Vt inde discant omnes superiores  
quanto amore subditos interius & exteri-  
us prosequi debeant, licet malos & im-  
morigeros, vt eos iuuent. 2. Considera,  
gallinam in eo maximè amorè erga pul-  
los

O s los

los ostendere quod clamore, & rostre  
defendat cum periculo vita sua contra  
paces miluos, deinde quod ut illos alar  
fame conficiat, & macie consumatur,  
mum & alis contra estum, frigus, aliq  
commoda contegat. ut discant, qui  
regendos & erudiendos habent, sarpe  
nere, ut caueant à laqueis dæmonis, lab  
non parcere, ut illi proficiant in liter  
virtute, duabusque alis veritatis, & dil  
plinæ eos in officio continere.

¶ *Ecce relinquetur vobis domus vestra  
serta.* Considera, quam graui pœna eade  
mulctentur à Deo, qui postquam multa  
beneficiis affecti sunt, tamen iis contem  
ptis, in sua improbitate obstinate per  
stunt, ut scilicet non solum deserantur  
sed etiam posteris eorum, & è medio toll  
tur domus orationis, nêpe templum, quod  
est, omnis cultus diuinus tollatur, ac p  
inde & omnia spiritualia subsidia. Cogit  
si magnis multisq; beneficiis à Deo  
etenus affectus sis, & maxime si ad Eccl  
siasticum, vel etiam religiosum statum  
vocationis, quo maius beneficium nulli  
tingere potest, an vocationi tuæ facias  
tis, si enim secus fiat, verendum erit, ne  
domus tua, id est anima, quæ est templum  
Spiritus

FES  
Spiritus  
fidis, p  
IN R  
A  
Chr  
Dix  
aut  
diligeba  
per pecc  
atque  
storem  
in anim  
qui &  
discede  
ad præ  
non ad  
& pass  
nem si  
luntar  
Petru  
rū inc  
iam à  
inieci  
bit, i

TESTA TOTIVS ANNI. 219

Spiritus sancti omnibus spiritualibus præ-  
sidiis, propter ingratitude[m] destituantur.

IN FESTO S. IOANNIS 27. De.

APOSTOLI ET EVAN-  
GELISTÆ.

*Christus Petrum vult se sequi, &  
Ioannem manere. Ioan. 21.*

**D**ixit Iesus Petro, sequere me. Petrum  
autem secutus est & discipulus, quem  
diligebat Iesus, qui & recubuit in cana su-  
per pectus eius. Considera Christum simul-  
atque Petrum summum suæ Ecclesiæ Pa-  
storem præfecisset, ab eo exigere, vt etiam  
in anima pro ouibus ponenda se sequatur  
qui & paratum se ostendit, mox Christum  
discedentem è loco secutus: vt discant, qui  
ad prælaturas & regimen aliorum vocatur  
non ad quietem & honores, sed ad labores  
& passionem se vocari. 2. Considera, Ioan-  
nem si non re ipsa quoad mortem, saltem vo-  
luntate & opere citra mortem secutum  
Petrum & Christum: nam in actis Apostolo-  
rum incarceratus & flagellatus est, Romæ et-  
iam à Domitiano in feruentis olei dolium  
iniectus, calicem veneno infectum ebi-  
bit, in Pathmo exulauit, cum matre Dei  
metu

meru mortis posito, sub cruce Christi  
 tit, Christus matrem ei sub cruce comen-  
 dauit. Denique carissimus Christo fuit  
 castitatem & caritatē, quam vnam omni-  
 bus vsque ad mortem commendauit, &  
 cens. *Filioli, diligite inuicem, & sufficit.*

2. *Cum vidisset Petrus Ioannem sequentem  
 dicit IESU. Domine, hic autem quid? Et  
 spondit. Sic eum volo manere, donec veni-  
 eris. quid ad te? tu me sequere.* Considera, h.

*Luc. 10.* Christum curiositatis vitium, vt alias  
*Luc. 9.* Martha, Ioanne & Iacobo, reprehendit  
 in S. Petro, quod plus æquo sollicitus sit de  
 obitu S. Ioannis; id enim pendebat ex iu-  
 dicio solo diuino, nempe in hanc linguam  
 intemperantiam lapsus, quod plus æquo  
 amaret S. Ioannem, optaretque eum sua  
 passionis socium. Vnde disce, si curiositatis  
 vitio deliquerit in hoc genere, is qui iam  
 erat summus Pontifex constitutus, & eo  
 ipso curā susceperat S. Ioannis velut ouis,  
 quantum delinquant illi, qui aliorum cura  
 non gerunt. 2. considera modestiam  
 S. Ioannis, nihil de suæ vitæ exitu sollicitus,  
 nihil ex Domino percunctantis, quia in so-  
 la Christi prouidentia & volūtate acquie-  
 scebat, ac cum Dauide dicebat. *In manibus*

*Pla. 72.* *Et 30.* *tuis sortes meæ, ut iumentū factus sum apud*

FESTA TOTIVS ANNI. 221

te, & ego semper tecum. Vt discas neglectis hominum persuasionibus, animum serua- re liberum & æquabilem, & libenter illud amplectare, quod Domino visum fuerit, *Mat. 6.* dicendo. *Fiat voluntas tua.*

*Exijt sermo, discipulum illum non moritu- rum, & tamen non dixit IESVS, non moria- tur, sed sic volo eum manere.* Considera hu- militatem S. Ioannis, qui cum ex respon- sione Christi natam illam opinionem ad- uerteret se non moriturum, non dubitauit illam confutare in ipso Euangelio à se scri- pto, dum quasi negat illam sententiam, verbis Christi subiectam, ne vana gloria ef- ferretur: cogitans se non meliore condi- tione fore quam Christum, & B. Virginem, qui mortui fuissent. 2. Considera, quare Christus ambigue locutus fuerit, vt certa de exitu S. Ioannis non potuerit ex verbis elici sententia, nempe vt doceret nostrum non esse curiosè scrutari, & scire futura. 2. vt superbiam humani ingenii supprime- ret, & scirent homines sine singulari auxi- lio Spiritus sancti non posse se intel- ligere sacrarum scriptu-  
raturum mysteria.

IN

222 MEDITATIO IN  
INFESTO S. INNO.  
CENTVM.

23. De.

De fuga in Ægyptum, Matth. 2.

1. ANGELVS in somnis dixit Ioseph. *Surg  
& accipe puerum & matrem eius, & fu-  
ge in Ægyptum.* Considera, Christum a  
mo ortu suo coepisse pati a rumas & per-  
secutiones. vt discas, si discipulus Christi  
velis, paratus esse ad tentationem, & cur-

2, Tim. actu pateris, tunc verè discipulum esse,  
3. loquebatur S. Ignatius. *Omnes, inquit,  
postolus, qui in Christo piè viuere volunt,  
secutionem patientur.*

2. *Qui consurgens, accepit puerum & matrem  
eius nocte. & recessit in Ægyptum.* Considera  
promptissimam obediètiã Ioseph, mota  
licet nox esset, surgentis, & totam rem  
Virgini indreantis: cogita, vt cõmota p-  
mo sint tenella virginitatis viscera, vt se illic  
collegerit, & ad iter, vt erat obedièntissima  
pararit. quomodo puerulum excitat, &  
ploranti compassa sit, cogitans has dolores  
esse primitias quas Sanctus dimeon pra-  
xerat. 2. considera, quam magna in Do-  
minum fiducia, cuius se voluntati deuote  
rant, exitum hoc susceperint, & paucos  
panibus & pannis in alium coniectis, in

paupere

FESTA  
paupertate  
re) in viã a  
causa time  
Deus iter il  
suis porta  
adiungere  
nem, vt onc  
participem  
gita tu ipse  
amare quic  
tam longan  
practiosum  
Et erat it  
pletur pro  
mum. Co  
gyptum pe  
gium palat  
moda ad f  
saria. Si e  
hem obrin  
& praesep  
melius ob  
deles? V  
grina, ita  
rugiuriam  
suarum, v  
victam co  
quanta o

paupertate enim tanta facile erat se parare) in viā a laeriter se dederint. Quæ enim causa timendi erat de infelici successu, si Deus iter illud mādabat, si Deum brachiis suis porrabant? 3. Considera an te quoque adiungere velis in viam, & rogare B. Virginem, vt oneris sui in deportando filio velit participem facere. Et si illa assenserit, cogita tu ipse, qui soles fugere labores, & amare quietem, quanto corporis sudore tam longam peregrinationem thesaurum pretiosum deportando confecerit

Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt impleretur prophetia. Ex Ægypto vocavi filium meum. Considera B. Virginem, vbi in Ægyptum peruenit non ibi inuenisse, aut regium palarium tanto filio dignum, aut comoda ad fessos artus refocilandos necessaria. Si enim inter ciues suos in Bethlehem obtinuit aliud nihil, quam stahulum & praesepe, in quo illum collocaret, quid melius obtinuerit apud barbaros & infideles? Vt ergo paupercula erat & peregrina, ita & in vilem se domunculam vel tuguriam receperit, & labore manuum suarum, vna cum Iosepho, quotidianam victam comparauerit. 2. CONSIDERA, quanta cura, toto hoc exilio septenario dilectum

dilectum filium suum educarit, quaq; cō-  
tione & reuerentia cōrectarit, quem scō-  
bat suum esse Dominum & Deum, quā-  
religione flexis genibus eum è cunis sibi  
leuarit, & in easdem reposuerit; quā-  
gaudio affecti sint ambo parentes, quā-  
eum, iam aetate crescentem, per domum  
ambulantem, de diuinis rebus loque-  
tem, & orationi vacantem, viderunt & ad-  
dierunt.

## II. PARS.

*De nece Innocentum, & reditu  
ex Aegypto pueri.*

2. **H**ERODES videns, se illusum à Magis  
iratus occidit omnes pueros in Bethleem  
à bimatō & infra. Considera, quid non  
sus fuerit sceleratus ille rex, vt regiam dig-  
tatem quam habebat, nō amitteret. Quis  
enim tyrannus immanior esse potuit, qui  
tam copiosum fundere sanguinem, tot  
fantes innoxios iugulare, tot matres re-  
stentes & abscondentes filios confode-  
tot patres orbare filiis hæredibus. O  
ait B. Leo, *stulta emulatione impietas, per-  
perturbantem putas diuinum tuo furore con-  
siliū. Dominus mundi non temporale qua-  
rit regnum, qui praestat aeternum. Hinc discas*

FEST  
ouosq; a  
& certo ti  
impacturu  
tuarum p  
Confid  
in istorum  
eorum in  
sed etiam  
fuit votum  
derium m  
tis, nō me  
enim lupp  
feriam in  
vt discas in  
lanimis sic  
ratus est,  
imperfect  
Defuncti  
redit in te  
laum regn  
uit in Naz  
tiam erga  
eorum rec  
tis. Cogita  
lirecreati  
lachryma  
ctitatem d  
am graue

cuouſq; amor inordinatus progrediatur,  
& certo tibi perſuade, te quoq; in eundem  
impacturum ſcopulū, niſi mortificationi  
tuarum paſſionum operam dederis.

Conſidera quāta Dei bonitas reluceat  
in iſtorum infantium gloria: vt quod Deus  
eorum mortem non ſolum pro ſacrificio,  
ſed etiam pro martyrio acceptari: vbi nō  
fuit votum occiſi, ſed neceſſitas, non deſi-  
derium morientis, ſed crudelitas occiden-  
tis, nō meritum, ſed infortunium. Omnia  
enim ſuppleuit diuina gratia, mutans mi-  
ſeriam in coronam, & caſum in meritum,  
vt diſcas in imperfectionibus tuis, ſi puſi-  
lanimis ſis, non deſperare: Deus enim pa-  
ratus eſt, modo bona in nobis volūtas ſit,  
imperfectionem noſtram ſupplere.

*Deſuncto Herode Ioseph ab angelo iuſſus  
rediit in terram Iſrael, & audiens Arche-  
laum regnare abiit in Galilaam, & habita-  
uit in Nazareth.* Conſidera Dei prouiden-  
tiam erga ſuos in medio perſecutionum  
eorum recordantis & ſuo tempore iuuan-  
tis. Cogita quantum hoc nuncio ſancti il-  
li recreati ſint: qua alacritate iter ingreſſi,  
lachrymantibus Ægyptiis, qui eorum ſan-  
ctitatem cognorant. Vide puerum Ieſum  
am grandiatum, propriis pedibus cum  
baculo

baculo in manibus non sine fatigante  
 ambulante. Vide eos in summo altitudi-  
 pe humi sine umbraculo in locis de-  
 sedentes, destitutos necessario cibo po-  
 que, noctu verò in spelunca aliqua, &  
 nuda terra recubantes. 2. Considera  
 phum reuersum in terram Israel, licet  
 rer Deum esse protectorem suum, tam-  
 noluisse redire in Iudæam, vt discas ho-  
 nes iustos, licet de sua salute securos,  
 debere se obicere periculis, & Deum  
 tate, sed ex parte sua, quando possunt  
 clinare: sicut & ideo fugit in Ægyptum

## IN DEDICATIONE

ECCLESIAE.

De Zachæo. Luc. 19.

**I**ESU perambulante Iericho, Zachæo  
 blicanorum princeps, quarens videre  
 SUM, ascendit arborem, quia statura par-  
 orat, & pro turba non poterat videre. Con-  
 sidera quam bonus & suavis sit Deus, qui  
 promptus ad præbendam homini occa-  
 sionem, vt peccare desistat. Nunquã Zachæus  
 quæsisset Christum, nisi ipse prius dig-  
 tus fuisset ambulare per Iericho: sed  
 parte nostra cum Zachæo facienda

FEST

ria, cum D  
 mo enim  
 poralia tel  
 remouere,  
 est ludibri  
 in perferen  
 pusilli, sed  
 crucis, &  
 Christus, &  
 gnificat sic  
 Iudæis fuit  
 IESUS

scende, q  
 manere: q  
 lum gaudet  
 magno de  
 sti aspectu  
 neglecta  
 lum inter  
 spiciam, &  
 lum, & c  
 ries vel in  
 prehendi  
 præueni  
 extraher  
 prodigo  
 2. Confite  
 plus trib

ria, cum Deus nobis gratiam offert. Pr<sup>o</sup>mo enim debemus negotia & lucra temporalia relinquere. 2. duo impedimenta removere, nepe, ne timeamus turbam, id est, ludibria hominum, nec simus nimium in perferendo labore conuersionis animo pusilli, sed alacriter ascendamus arborem crucis, *Qui enim vult venire post me*, ait *Mat.*  
*Christus, tollat crucem suam.* Sycomorus significat ficum fatuam, & rectè: quia crux iudeis fuit scandalū, & gentibus stultitia.

*Iesus eo viso dixit. Zachae festinans descendere, quia hodie in domo tua oportet manere: & festinans descendit, & excepit illum gaudens.* Considera, quia Zachaeus magno desiderio & deuotione dulci Christi aspectu perfrui cupiebat, ideo Christū neglecta turba, qua stipabatur, in eum solum intendisse oculos. *Ad quem enim respiciam*, ait apud *Isaiam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu?* Deus enim, quoties vel initia bonæ volūtatis in aliquo deprehendit, mox illi obuiam procedit, imò præuenit, & benignā manum porrigit ad extrahendū à peccato non secus, quā filio prodigo pœnitenti sponte occurrit pater. *Eu. 13.*  
 2. Considera, liberalitatē Christi, qui longè plus tribuit Zachæo, quā ille vnquā expe-

P z Clarie,

starit, non enim solum se videndum  
præbuit, sed etiam diuersari voluit in  
domo, vt & ipsi, & toti familiæ eius  
sua thesauros impertiret. 3. Considera  
chæum cucurrisse, & cum festinatione  
arbore descendisse, vt discamus nõ esse  
ignes in admittendis diuinis inspiratio-  
bus, & exequendis. Deinde cum gaudio  
lum excepisse, vt & nos in animæ domum  
sapius eum sacramentaliter, ac cum gaudio  
spirituali recipiamus.

*Cum Zachæus stans dixisset, se dimittit  
honorum dare pauperibus, &c. ait Iesus. Hic  
die salus domui huic facta est.* Considera,  
salutem à Deo consequamur, opus esse,  
primo per opera pœnitentiæ satisfaciamus  
Deo, deinde proximis, si quid illis debeamus,  
vel restituendo aliena, vel iniurias com-  
donando, deinde etiam pauperibus aliquando  
dispensemus; multum, si multum habeamus;  
si parum, parum; si nihil, saltem com-  
doleamus, & bonis verbis solemur. 2. Con-  
sidera, Christum ubique recepisse, & in  
magnum aliquod donum contulisse, vt in  
domo Zachariæ, Archisynagogi, Pharisei  
Simonis, & nunc Zachari. Recipe ergo &  
tu si dicitari velis, eum crebrius in domum  
animæ tuæ, cum occasio est communica-

NOTA  
dicatio  
nos quoque  
templi spiri-  
plum spiriti-  
dedicari cu-

CON  
Cmat

Primo ex

Turris an

vt ex turri

est anima

autè anim

turri sunt

gnitio sui.

uerim te. N

& proprie

aprilimus

deuotus &

tur ex par

vendi soli

allicerent

pla, & deo

Deo per p

## MEDITATIO II.

*De dedicatione templi spirituali.*

**NOTA** tam magnificè ubiq<sup>3</sup> celebrari de-  
 dicationem templorum materialium, vs  
 nos quoque magni faciamus dedicationem  
 templi spiritualis, anima nostra, qua est tem- 1. Cor. 3.  
 plum spiritus sancti, quod Deus potius sibi  
 dedicari cupit, quam ligna & lapides.

**CONSIDERA**, dedicationem templi  
 materialis exterius bifariã cognosci. 1.  
 Primo ex vexillis binis è turri expositis.  
 Turris animæ nostræ est intellectus, quia  
 vt ex turris forma templum, sic ex intelle-  
 ctu anima rationalis cognoscitur. Tum  
 auté anima est dicata Deo, quando in eius  
 turri sunt duo vexilla, cognitio Dei, & co-  
 gnitio sui. Nouerim me, ait August. no-  
 uerim te. Notitia enim beneficiorum Dei,  
 & propriorum defectuum, teste S. Thoma  
 apússimum est instrumentum, vt quis sit  
 deuotus & consecratus Deo. 2. cognosci-  
 tur ex panibus dulciariis ante fores tēpli  
 vendi solitis, tū vt his crepūdiis paulatim  
 allicerentur fideles ad frequentanda tem-  
 pla, & dedicationē spiritualem faciendam  
 Deo per preces, tum vt significaretur ad-

P 3 ultos,

ultros, qui crepundia illa nō curant, et  
pascendos coelesti pane corporis Christi  
mni saccharo dulciore, & animas suas de  
re templum facere Christi & Spiritus  
cti. Si ergo sapius Deum in animam re  
peris per Eucharistiam, vere & illam  
dedicaueris.

Considera, dedicationem templi ma  
rialis cognosci interius ex ornatu altaris  
& parietum, vt cum altare maxime lu  
mum refulget auro & argento: parietes  
vero imaginibus. Altare spirituale autem  
est bona voluntas, qua omnes debent  
nos Deo totos in holocaustū offerre. Et  
auro, argentoque fulget, cum caritas  
Deum & proximum ardet. *In his enim  
bus tota lex pendet & propheta.* Aurum  
purius est, quo igni excoquitur sapius  
voluntas melior est, Deo que gratior, &  
crebris excoquitur igni contritionis  
confessionis. *Parietes*, sunt opera bona  
debent esse ornati imaginibus, id est, ad  
ad imitationem Christi & sanctorū. Chri  
stus enim dicit. *Exemplum dedit vobis, (quod  
de humilitate) vt quemadmodum ego  
Et vos faciatis.* Et Paulus. *Esote imitatio  
mei, sicut & ego Christi.* Idcirco festa Sa  
ctorum celebrantur. *Martyrologium*

Hea. 13.

1 Cor. 11.

FES  
tidie legi  
guntur.  
Confic  
rius cog  
do florib  
mentum  
pus nostr  
eile sordi  
calcatur  
quoque r  
minium p  
lus, quoc  
nim quo  
malum  
Deo, ven  
nis, pcc  
Orand  
tutu

FESTA TOTIVS ANNI. 231

tidie legitur. Quoquo mense sancti eli-  
guntur.

Considera eandem dedicationem exte-  
rius cognosci ex pavimento templi, quā-  
do floribus & graminibus tegitur. Pau-  
mentum nostri templi spiritualis est cor-  
pus nostrum terrenum. Pavimentum fa-  
cile sordidatur, quia hominum pedibus  
calcatur, & ideo saepe veritur. Corpus  
quoque nostrum sordidum est, & radix o-  
mnium peccatorum. Scio, inquit Apосто-  
lus, quod non sit in carne mea bonum: non  
anim quod volo bonum, hoc facio, sed quod no-  
l malum, ago. Sed, ut illud quoque dicitur  
Deo, verendum est saepe scopis confessio-  
nis, penitentiarum, & mortificationis.  
Orandum quoq; flore castitatis, & vir-  
tutum graminibus: virtutes enim  
a viriditate nomen  
habent.

F I N I S

*Meditationum de Festis.*

P MEDL